



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>


292  
LENOX LIBRARY




Spink Collection.  
Presented in 1878.














*Rich<sup>d</sup>. Grant White*

A. PERSII FLACCI

ET

DEC. JUN. JUVENALIS

SATIRÆ

AD OPTIMAS EDITIONES COLLATÆ

ACCEDIT SULPICIÆ SATIRA

---

C. LUCILII

SATIROGRAPHORUM PRINCIPIS

FRAGMENTA

---



*EDITIO ACCURATA*

---

BIPONTI

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS

CICIDCCLXXXV




AULI PERSII

ET

DEC. JUN. JUVENALIS

SATIRÆ.



## A U L I P E R S I I

## V I T A

AUCTORE, UT PUTATUR, SUETONIO  
TRANQUILLO.

**A**ULUS PERSIUS FLACCUS natus est pridie nonas Decembris, Fabio Persico, L. Vitellio Coss. Decessit VIII Kalend. Decembris, Rubrio Mario, Asinio Gallo Coss. Natus in Etruria Volaterris. Pater ejus Flaccus, Eques Romanus, sanguine & affinitate primi ordinis viris conjunctus, decessit ad octavum miliarium via Appia, in praeiis suis: eum pupillum reliquit moriens, annorum fere sex. Fulvia Sissennia mater nupsit postea Fusio, Equiti Romarito, & eum quoque extulit intra paucos annos. Studuit Flaccus usque ad annum XII Volaterris: inde Romae apud Grammaticum Remnium Palemonem, & apud Rhetorem Verginium Flaccum. Cum esset annorum XVI amicitia coepit uti Annaei Cornuti, ita ut ab eo nunquam discederet, a quo introductus aliquatenus in philosophiam est. Amicos habuit a prima adolescentia Casium Bassum & Calpurnium Staturam, qui eo vivo juvenis decessit.

Coluit ut patrem Servilium Nonianum. Per Cornutum cognovit Annaeum etiam Lucanum, aequævum, auditorem Cornuti. Nam Cornutus illo tempore Tra-  
Persius & Juvenalis.

gicus fuit, sectæ Stoicæ, qui libros philosophiæ reliquit. Sed Lucanus adeo mirabatur scripta Flacci, ut vix retineret se illo recitante a clamore, quin illa esse vera poemata diceret. Sero cognovit Senecam, sed non ut caperetur ejus ingenio. Usus est apud Cornutum duorum conviclu doctissimorum & sanctissimorum virorum, acriter tum philosophantium, Claudii Agatèrni, Medici Lacedæmonii, & Petronii Aristocratis Magnetis, quos unice miratus est & æmulatus, cum æquales essent, & Cornuto minores. Ipse etiam decem fere annis summe dilectus a Pæto Thrasea est, ita ut peregrinaretur quoque cum eo aliquando, cognatam ejus Arriam uxorem habente. Fuit morum lenissimorum, verecundiæ fere virginalis, formæ pulchræ, pietatis erga matrem & sorores, & amitam exemplo sufficientis. Fuit frugi & pudicus. Reliquit circa HS. vigesies matri & sororibus. inscriptis tantum ad matrem codicillis rogavit eam, ut daret Cornuto sestertia, ut quidam dicunt, centum, ut alii volunt, argenti facti pondo viginti, & libros circa septingentos, sive bibliothecam suam omnem. Verum Cornutus sublatis libris pecuniam sororibus, quas frater heredes fecerat, reliquit. Et raro & tarde scripsit. Hunc ipsum librum imperfectum reliquit. Versus aliquot demti sunt in ultimo libri, & quasi finitus esset, leviter contraxit Cornutus, & Cæsius petenti, ut ederet, tradidit edendum. Scripserat etiam in pueritia Flaccus prætextam & Odoi-poricon librum unum, & paucos in socrum Thraseæ Arriæ matrem versus, quæ se ante virum occiderat. Omnia ea autem Cornutus auctor fuit matri ejus ut aboleret. Sed mox, ut a schola & magistris deverterat,



*lecto libro Lucilii decimo vehementer Satiras componere studuit, cujus libri principium imitatus est, sibi primo, mox omnibus detrectaturus, cum tanta recentium poetarum & oratorum infestatione, ut etiam Neronem culparit. cujus versus in Neronem cum ita se haberet,*

**Auriculas asini Mida rex habet,**

*in hunc modum a Cornuto, ipso nondum mortuo, est emendatus,*

**Auriculas asini quis non habet?**

*ne hoc Nero in se dictum arbitraretur. Editum librum continuo mirari homines & deperire cœperunt. Decessit autem vitio stomachi, anno atatis XXVIII.*

## NOTITIA LITERARIA

DE

## P E R S I O

E X

Jo. Alb. Fabricii Bibliotheca Latina, a Jo. Aug. Ernesti auctius edita, Lib. II, cap. XII.

---

*P E R S I I ætas.*

**A.** PERSIUS<sup>1</sup> FLACCUS natus Volaterris,  
<sup>2</sup> Eques Romanus, æqualis Lucani poetæ, & una

<sup>1</sup> *Persii*, dubito an nostri, effigies in marmore apud Fulv. Ursinum pag. 46. elog. in thesaur. Antiq. Græcarum Gronoviano T. 3. a a a a. Fuit & *Cajus Manius Persius* homo doctissimus, de quo Cicero de Orat. II, 6, & de fin. I, 3. refert Lucilium dicere solitum: *Persum hæc legere nolo, Lalium Decimum volo.* Alius *Julius Persius* in Apuleji Floridis.

<sup>2</sup> Ita plerisque persuasum est auctore Eusebio in Chron.

& scriptore vitæ Persii, licet ipse se poeta Ligurem, e Tigulia prope portum Lunæ, innuere videtur, Sat. VI, vers. 6 sq. Vide Caspari Massæ, & Ludovici Aprosii dissertationes Italico idioma te scriptas de patria Persii, quæ recusæ leguntur ad calcem libri Raphaelis Soprani de scriptoribus Liguria; Gregorium Leti in Italia regnante parte IV, pag. 373. Adde August. Oldoinum in Athenæo Ligust. p. 80 sq.

cum eo Annæi Cornuti, <sup>1</sup> philosophi Stoici, auditor, vix duodetriginta annos natus, obiit anno imperii Neronis nono. Reliquis Persii poematis juvenilibus jussu Cornuti post auctoris mortem abolitæ, utpote indignis luce, solus ad nos pervenit *liber sex Satirarum* <sup>2</sup> doctus & argutus, sed cum acerbis <sup>3</sup> salibus plenus, tum ita obscurus, ut propterea aliquibus abjiciendus esse videretur.

## C O D I C E S.

Codicem Persii scriptum antiquissimum in Bibliotheca prædicatorum Vindobonensium memorat, ex eoque versum affert Vadianus in Epistola

<sup>1</sup> Cornutum suum multis laudat Persius Satira V, quæ ridicule inscribitur etiam in Schreveliana editione, *ad Magistrum Equitum Cornutum*, pro eo, quod legi debebat, *ad Magistrum Annæum Cornutum*. De Cornuto & ejus scriptis dixi lib. III Bibl. Græcæ cap. 15 pag. 398 sq.

<sup>2</sup> P. Pithœus testatur, in antiquo MS. singulas paginas hanc inscriptionem præ se tulisse: *Thebaidorum Persii Satira*, & in extremo: *Explicuit Persii Thebaidorum Satira feliciter.*

<sup>3</sup> Hinc Severi appellationem Persius tulit, ut Luci-

lius a Juvenale dictus est *ardens*, Catullus *doctus* ab Ovidio, Horatius a Persio *vaser* dicitur, Lucretius a Lucano *difficilis*. Confer Bælii Lexicon in Persio, qui propter singularem carminum obscuritatem non dubitat Latinorum Lycophronem appellare. Neque ignotum est, quod passim narratur de S. Hieronymo, qui non capiens ejus tenebras, *intellecturis ignibus illa dedit*, abjectoque libro *si non vis intelligi, dixit, non debes legi*. Minus præclare de Persio sentit Vavasser libro de ludicra dictione p. 239 sq.

ad Rud. Agricolam, qua Melæ suo præfatur. Juvenalis & Persii autem codex scr. in Bibl. Gerfordria in Ephemerid. literar. Lips. 1710. memoratur, itemque *Ludov. Cendrathæ* notæ MSS. in Sat. 1 & 2. in Bibliotheca Rhedigeriana: in Labbei autem Bibliotheca nova MSS. p. 68. comment. in Persium *Cantalycii* e Sec. XIII <sup>1</sup>.

---

<sup>1</sup> Communicavit & nobiscum pro benignitate sua egregia Vir illustriss. & patronus nobis summo colendus opere, *Heideggerus*, amplissimæ Reip. Turicensis a consiliis & Tribunus, Codicem Persii MS. chartaceum fol. min. sed juniorem eumque seculo XV scriptum ab Adamo *Wernher* Temarenfi, ab an. 1483 ad an. 1491. Pædagogus is fuit Ludovici principis heredis Archipalatini, tum Prof. publicus juris Can. in Acad. Heidelbergensi, defunctus d. 7 Sept. 1537; (quod docuit vir doctissimus, sed præmature vivis ereptus Car. *Wund*, Prof. eloq. & hist. Heidelb. in progr. de origine & progr. fac. jurid. in Acad. Heidelb. P. II, p. 14, & III, p. 2 sq. Adde ejus epitaphium in M. Adami Apogr. Monum. Heidelb. p. 15.) poeta id temporis haud incelebris, (quem & Reuchlini amicitia floruisse non testatur solum tetraſtichum a *Wundio* ex *Conr. Gesneri* bibl. univ. p. 3 adductum, sed & Carmen in ejus laudem dictum in Scenicis progymnasim. Heidelb. 1498, 4; inde a *Jac. Burkardo* in Comm. de linguæ lat. in Germania fatis vol. II, p. 262 sq.) Is autem in Persii sui fronte posuit *epitaphium* a se *factum*:

*Ille ego qui in Satyris non ultimus esse poetis  
Dicor & obscurum composuisse librum.  
Ex Flaccò gravida peperit me Fulvia mater  
Tu mihi, Cornute doctè, magister eras:  
Quatuor in studio nec adhuc ego lustra peregi:  
Cumque opus haud facile fingere Musa dedit.  
Ante expectatum Lachesis me pressit acerbo  
Funere: Dic, Persii (Lector amice) vale.*

In averfa pagina legitur *Argumentum in opus Persii*:

*Corrigit in prima laudantes molle poema:  
Perversos mores ac impia vota secunda:  
Molles & pigrorum satirarum tertia mordet:  
Corrigit in quarta juvenem satis ambitiosum:  
Libertate opus est ex quinta philosophanti:  
Qui miseri vivunt per sextam rodit avaros.*

Prologi Persiani litera initialis N quadrata coloribus, purpureo, viridique & auro distincta est, & uterque paginæ primæ margo floribus pulchre ad vivum pictis ornatus. Textus dein glossis verbalibus iisque levioribus interlineariis, credo in usum principis alumni, perspersus nihil fere singulare habet, quod Casaubonus non viderit, & iudicaverit, plerumque improbarit. Speciminis tamen causa prologum damus, cum tertius præsertim versus aliam lectionem, Casaubono certe haud memoratam, inferat:

*Nec fonte labra prolui caballino  
Nec in bicipiti somniasse parnaso  
Memini me ut sic repente poeta prodirem  
Heliconiadasque pallidamque pirenem  
Illis relinquo quorum imagines lambunt  
Hederæ sequaces, ipse semipagonus  
Ad sacra fatum carmen assero nostrum.  
Quis expedit vitæ psittaco suum chære  
Picasque docuit nostra verba conari?  
Magister artis, ingeniique largitor  
Venter, negatas artifex sequi voces.  
Quod si dolosi spes refulserit numi:  
Corvos poetas, & poetidas picas  
Cantare credas perpegaseum melos.*

Satirarum dein literæ initiales O, H, N, R, V, A defunt, quod artificis manus defecerit. In Sat. I, v. 2 sqq. sic interpuncti leguntur:

*Quis leget hec? min tu istud ais?  
Nemo? hercule nemo.  
Vel duo vel? Nemo. turpe & miserabile. quare?*

Sed mittamus cetera Codicis apographi, forsan ex ed. aliqua vetustiore descripti, cum parum inde accedere queat ad emendandum textum, menda plura ipse admiserit.

Sub finem fol. 24 (a) (tot enim habet MS.) legitur :

*A. Persii Flacci Sastirarum finis.*

Tum subijcitur, quod Palatinis certe haud ingratum fuerit :

*Illustrissimum principem Philippum comitem palatinum Rheni & ducem Bavarie sacri Romani Imperii archidapiferum principem electorem accedat ad Caliopen carmen heroicum*

*Illustrissimo Principi Philippo &c.*

*Suo genitori Ludwico &c.*

*S. P. D.*

*Si placet has referans genitor clarissime chartas  
Nostrae primicias Musae hec lege carmina : nostra  
Si sint dicenda, quae ex prosa carmina feci.*

*Vale.*

*Si placet has chartas clementia vestra recludat  
Illustris princeps pater & legat hec metra nostra  
Si sint dicenda, quae ex prosa carmina feci.*

Fol. 24 b, quae ultima est pag. adspersa leguntur varia Adæ Wernheri in quendam Augustinum Brechtel, (credo Rohrbacensem) ludicra s. invectiva, quae nihil huc pertinent.

---

## D. JUN. JUVENALIS

## V I T A

AUCTORE, UT PUTATUR, SUETONIO  
TRANQUILLO.

**J**UNIUS JUVENALIS libertini locupletis incertum filius, an alumnus, ex Aquinio Volscorum oppido oriundus, temporibus Claudii Neronis ad mediam fere ætatem declamavit, animi magis causa, quam quod scholæ se aut foro præpararet. Deinde ad poetices se applicavit, & postquam diu tacuit, uberiori vitiorum jam gliscente contagione ab indignatione incepit: Semper ego auditor tantum? dehinc paucorum versuum Satira non absurde composita in Paridem Domitiani pantomimum, poetamque P. Statium, ejus semestribus militioliis tumentem, hoc genus scripturæ industrie excoluit; & tamen bene diu ne modico quidem auditorio quidquam committere est ausus: mox magna frequentia, magnoque successu bis ac ter auditus est, ut ea quæque, quæ prima fecerat, infereciet novis scriptis:

Ille & militiæ multis largitur honorem,  
Quod non dant proceres, dabit histrio. Tu Camerinos,  
Et Bareas, tu nobilium magna atria curas?  
Præfectos Pelopea facit, Philomela tribunos!

## XII D. JUN. JUVENALIS VITA.

*Erat tum in deliciis aulae histrio, multique fautorum  
ejus quotidie provehebantur. Venit ergo Juvenalis in  
suspicionem, quasi tempora praesentia figurate notasset,  
ac statim per honorem militiolae, quanquam octogena-  
rius, urbe summotus, missusque ad praefecturam co-  
horts in extremam Aegypti partem tendentis. Id sup-  
plicii genus placuit, ut levi atque joculari delicto par  
esset. Verum intra brevissimum tempus Odis auctus ad-  
scribitur Divorum choro, revertiturque Juvenalis Ro-  
mam, qui tandem ad Nervae & Trajani principatum su-  
pervivens, senio & taedio vitae confectus, properantem  
spiritum cum tussi expuit.*

---



NOTITIA LITERARIA  
DE  
JUVENALI  
EX

Jo. Alb. Fabricii Bibliotheca Latina, a Jo. Aug.  
Ernesti auctius edita, Lib. II, cap. XVIII.

---

*JUVENALIS ætas.*

I. **D**ECIMUS <sup>1</sup> JUNIUS JUVENALIS Aquinas, ut ipse testatur III, 319. unde in nonnullis libris script. & edd. factum *Arpinas*, cum Satira non absurde composita in Paridem pantomimum, qui in deliciis aulæ erat, Domitianum <sup>2</sup> offendisset, per honorem

<sup>1</sup> Non *Deciam*, sed Decimum hujus scriptoris prænomen esse, docet Lud. Carrio libro emendationum & capite primo. Ab antiquis librariis communiter *Ethicum* cognominari notat Barthius in Advers. VI, 1. ut Martialem *coquum*, Propertium *nautam*, Ovidium *Getam*, Statium *Aquilinum*, Prudentium *Amænum*. Confer Nic. Antonium Bibl. Vet. Hispanæ lib. 1. p. 62.

<sup>2</sup> Fallitur vetus Scholiastes, qui ad Sat. 7, v. 92. notat Neronem a Juvenale tangi, & hunc propterea missum esse in exilium a Claudio Nerone. Forte legendum: *a Calvo Nerone*, id est, a Domitiano. In Pentapolin Libyæ relegatum esse a Domitiano Juvenalem scribit Jo. Malalas T. 1. Chronographiæ p. 341. cujus verba repetit Suidas in Lexico.

militiæ, quanquam octogenarius, urbe summotus est, missusque ad præfecturam cohortis in extrema parte tendentiſ Ægypti, ut narrat Suetonius in ejus vita: quamobrem *Histrionis exsul* vocatur a Sidonio IX, 270. Scripsisse pleraque Trajani imperio, immo Hadriani, jam observavit Lipsius, quem vide lib. IV Epistolicarum quæst. 20. & Salmasius ad Solini c. 32, pag. 319 seq. Marium Priscum, qui sub Trajano condemnatus est, tangi Sat. I, v. 49. notat Camillus Silvester Comes Rhodiginus in notis ad Italicam Juvenalis Metaphrasin p. 47. Sub Hadriano demum Satiras edidisse, ab eodemque in exsilium missum esse a. C. 119. contendit Dodwellus in Annal. Quintilianeis, in quibus & Juvenalis vitam persequitur. *Ethici* nomine passim laudant sequioris ætatis scriptores, ut Petrus Blæfensis in Epistolis, Jo. Sarisberiensis, Vincentius Bellov. & alii. Honorius Augustod. præfat. ad lib. 4. de philosophia Mundi: *ut jam verbis Verbicij (leg. Umbricij) possit uti, atque ideo nulli comes ex eo tanquam mancus & existens corpus non utile dextræ.* Petrus, Epist. 77. *Non sumus ergo pares, dicit Umbricius, melior qui semper & omni nocte dieque &c.* Juvenal. III, 104.

## S A T I R Æ.

II. Exstant ejus *Satiræ XVI*, in libros quinque digestæ, ut primus quinque priores, secundus sex-

1 *Exstinctæ* Juvenal. III, 48.

tam, tertius & quartus singuli ternas, quintus reliquas quatuor complectatur. Satira 1, alios poetas perstringit, exposita causa, cur ipse accesserit ad hoc genus scribendi. 2, tangit hypocritas: 3, urbis incommoda: 4, convivas Domitiani: 5, parasitos: 6, mulierum flagitia & scelera. 7, artium<sup>1</sup> neglectarum querelam continet; & 8, de claritate natalium. 9, perstringit cinædos: 10, vota inania ridicula: 11, luxum: 12, hereditas. 13, docet scelera tandem non impunita abire: 14, de exemplis parentum: 15, de religionibus peregrinis: 16, de<sup>2</sup> privilegiis commodisque militiæ. — Quod ad genus Satiræ attinet, in ea imitatus est Comœdiam græcam antiquam, & dum voluit vitia invisâ reddere, asperius atque etiam obscœnius scripsit, (neque enim amore obscœnitatis ita scripsit) cum Horatius lenitatem potius Comœdiæ novæ sequatur, ridendo magis, quam indignando verum dicens: veterem imitatus in eo, quod & nominatim, sed fere obiter perstringit hominum vitia.

<sup>1</sup> Tarteronus præf. ad Juvenal. *la septieme, quinzieme & seizieme Satire ne furent pour lui que des coups d'essai. Il commença ses coups de maître âgé d'environ quarante trois ans, & fit les treize autres dans le cours de vingt années, c'est-à-dire, jusqu'à la troisieme du regne de l'Empereur Adrien, & se repo-*

*sa ensuite, ou mourut.* Confer quæ de Juvenali Franciscus Vavassor libro de ludicra dictione p. 242. seq.

<sup>2</sup> De auctore Satiræ 16. addubitat Grotius ad Lucæ III, 14. & Rutgerlius p. 338 Var. Lect. Genuinam negat Decembr. p. 59 sq.

I N D E X  
E D I T I O N U M  
TUM PERSII, TUM JUVENALIS  
VEL SINGULORUM, VEL SECUM JUNCTORUM  
LONGE AUCTIONE FABRICIO ERNESTINO  
ET IN QUATUOR ÆTATES DIGESTUS.

---

**PERSII** ÆTAS I *natalis* 1469 — 1499; quæ ad Persium tum separatim sine loco & anno, tum *Romæ* ap. Udalr. *Gallum* (an. 1470) cum Juvenale editum origines refert. has exceperunt *Brixienfes* ab an. 1473 & *Mediolanenses* Zarotinae ab an. 1474; *Venetæ* dein, quarum I cum Comm. Barth. *Fontii* prodiit 1480. Ab alterius commentatoris Jo. *Britannici* cura commendatur *Brixienfis* II 1481. Uterque juncti comparent in *Veneta* VI, 1491. Persius vero vel solus, vel cum Juvenale edi consuevit.

**JUVENALIS** ÆTAS I *natalis* 1470 — 1499 a Romana Udalr. Galli (1470) oriunda. hinc eam Persio junxere etiam *Brixienfes*, *Mediolanenses*, *Venetæ* quædam. Sed & Romæ edere primum cœpit Ang. *Sabinus* in Juvenalem quæstiones; quem statim infectus est gravis æmulus *Domitius Calderinus* an. 1474. An. seq. prodiit cum Commentario Ge. *Merulae*. Quartus post hos in Juv. scripsit Geo. *Valla* 1491, Codice MS. usus, qui interpretamenta habebat *Probi* cujusdam Grammatici ad Satir. usque L. III alteram, s. Sat. VIII, quæ is a se religiosissime addita professus, ac *Pithœus* postea (1585) vett. Scholiis

**NOT. LIT. DE PERSIO ET JUVENALI. XVII.**

adjecit. Quintus accessit interpres Ant. Mancinellus Veliternus, cujus familiare Commentum publicari an. 1492 coepit, & dein vel cum prioribus Venetas occupat, etiam Norimbergæ, & Parisiis repetitum est. Sed eum mox superavit Jo. Britannicus, a quo tanquam principe novam ætatem ordiri liceat.

**I. anno & loco :** *Persii Satyræ*; quam scriptor Catal. Bibl. Hulfianæ omnium principem censet ex versu, quæ in fine legitur:

*Explicit ignotus per totum, Persius orbem.*

**C. anno (1470) Romana,** fol. quæ vulgo habebatur princeps: *Juvenalis Satyræ & Flacci Persii Volaterrani* — Roma apud Udalricum Gallum. v. Maittaire Ann. typogr. T. I, p. 297, & Hambergerum T. II, p. 270; qui & aliam (1470) adducit: *Juvenalis Satyræ*, sine loco & nota typographi, laudatque Maittaire l. c. p. 296. f. loco & anno Juvenalis Satyræ memorantur in Cat. Bibl. Hulfianæ.

Etiam sine anni nota Persii edd. memorat Bauerus in Bibl. libr. rariorum T. III, p. 185 & 215 tres fol. Sed ea, quam dicit esse in 8 forma, videtur esse Aldina (1501.)

— Persii Flacci nobilissimi Satyrici unicus, sed elegantissimus Satyrarum liber fol. occurrit in Cat. Bibl. Uffenbach. T. II. App. Incunab. artis typogr. Addit. n. 346, p. 817.

— 4. Persius cum glossis *Scipionis Ferrarii* Georgii filii de Monferrato, memoratur Engelio in Bibl. select. p. 123. Idem Scipio etiam in Val. Flacci Argonaut. glossas edidit.

sine anno, Persii Satyræ; cujus ed. vetustatem, certe in Gallia principatum, colligit scriptor Cat. Bibl. Hulf. ex versibus in fine:

*Excepit claros Andegavense poetas*

*Ut studium, Persi, tu cito sculptus ades:*

*Gallorum egregias sic sculptus perge per Urbes,*

*Ut possit spatium cernere glossa suum.*

1473 *Brixienfis* I, utriusque poetæ: facta jubente Presby:  
*Persius & Juvenalis,* b

- tero, Petre *Villa* sine notis. Vide Specimen literat. Brixienfis. P. I, p. 125 sq.
- 1474 *Ferrariensis*, fol. Persius memoratur Fabricio.
- *Mediolanensis* I, fol. ap. Zarotum, quæ Persium Juvenali junctum habet.
- *Roma*: *Angeli Sabini* paradoxa in Juvenalem. — per Angelum Sachfel de Reichenhal & Barthol. Golsch de Hohenbart Clericos. Romæ, 1474. fol.
- *Romana*, fol. Juvenalis cum Comm. *Domitii Calderini* Veronensis ad Julianum Medicem, Petri Cosmi F. De auctore horum Comm. vide auctorem Dial. de Linguae Lat. repar. (M. Ant. Coccium Sabellicum) recus. ad calcem Obff. L. L. Oberti Giphanii, an. 1624, & Henninii præf. Comm. Domitii Cald. præmissam in ipsius ed. Juvenalis p. 710 — 712.
- 1475 *Lovaniensis*, fol. Persius — per Joannem de Westphalio; arte characterisandi novissimæ; ut in fine dicitur. Ita Fabricius.
- *Veneta* I, fol. Juvenalis per Jacobum de Rubeis cum Comm. Georgii Merulæ.
- *Brixienfis*, fol. *Domitii Calderini* Comm. in Juvenalem — Brixiae typis Henrici de Colonia. vid. Nachricht von den Büchern in der Stollischen Bibl. I Theil p. 35, §. IV.
- 1476 *Mediolanensis* II, Zarotina, Persii & Juvenalis. Fabr.
- 1478 *Tarvisina*, fol. Juvenalis. Georgii Merulæ satyrarum Juv. item adversus Domitii Conim. in Martialem. item notæ in M. T. Cic. Orationem pro Ligario — Tarvisii per Barthol. de Confoloneris, vid. Stolle l. c. p. 96 § V, & Cat. Bibl. Hassæanæ Brem. p. 503, n. 85.
- *Veneta* II, fol. Juvenalis per Gabrielem Petri, c. Comm. Ge. Merulæ.
- 1479 *Pinarolii*, fol. Juvenalis. c. Comm. Ge. Merulæ, per Jac. de Rubeis, teste Fabricio.
- 1480 *Veneta* I Fontii, fol. *Auli Persii Flacci poetæ Satyrarum opus*. — Constat 28 foliis iisque signatis, sed caret paginarum numero & custode. Præmissa Bartholomæi Fontii dedicatio ad Laur. de Medicis. Textum notæ ambeunt. In fine legitur: *A. Persii Flacci Satyrarum finis MCCCCLXXX. Venetiis.* —

Adjectus epilogus Fontii ad Franc. Saxettum de mensura & pondere Roman: — tandem brevis vita Persii cum indice quaternionum. — Exemplar hujus ed. Fabricio, Ernestio, aliisque incognitæ, sed sine tit. & literis init. servatur in Bibl. civ. Ratisbonensis. cf. Car. Th. Gemeineri Nachrichten von den in der Regensburger Stadtbibliothek befindlichen Büchern aus dem 15. Jahrh. Regensb. 1785 p. 95 sq. qui & excitat Saffii hist. typogr. lit. Mediol. in ind. libr. Mediolani editorum lit. M. unde constet, Fontii Comm. jam reperiri in edd. vetustioribus, (quarum nos quidem novimus nullam.)

- *Vicentia*, fol. Juvenalis per Henr. *Liberarium*, cum Comm. Dom. *Calderini*.
- 1481 *Brixienfis* II, Persius. cum Jo. *Britannici* Commentariis per Mag. *Gabrielem Tarvisinum & Paulum filium ejus*. Britannicus in præf. fatetur, se hunc Commentarium festinantius scripsisse.
- 1482 *Daventria*, fol. Persius. vid. Corn. a Beughem incub. Typogr. p. 105.
- *Veneta* II, fol. min. Persii Satyræ cum Comm. B. *Fontii*, per Bapt. *de Tortis*. Exstat in Bibl. Archipal. Manhemii.
- *Veneta* III, fol. Persii Satyræ, cum Comm. Barth. *Fontii*. — A. Persii Flacci Satyrarum finis. Anno M. CCCC. LXXXII. Mensis Decembris die XXIV per me Magistrum *Renaldum de Novimagio* Theoticum Venetiis impressum.
- De his duabus Venetis vide Beughem. l. c. pag. 105. Bauerum l. c. p. 185. Goetzium in memorab. Bibl. Dresd. T. III, p. 120. n. 207. & Catal. Bibl. Trajectino — Batavæ (editum 1718. f.) in Libr. f. p. 87.
- *Veneta* III, Juvenalis cum Comm. Dom. *Calderini* per Baptistam *de Tortis*. Fuit inter libros M. *Fontaine*, Manhemii venundatos 1779.
- 1483 *Veneta* IV, fol. Juvenalis c. Comm. Dom. *Calderini* per Thomam *de Alexandria*.
- *Mediolan.* fol. Juvenalis, per Leonh. *Pachel & Ulder. Scinzenzeler socios*.
- 1484 *Veneta* IV, fol. Persius, cum Comm. Fontii — per Bapt. *de Tortis*, teste Fabricio.

XX NOTITIA LITERARIA

- 1485 *Veneta* V, fol. Persius, cum Comm. *Fontii* per *Anton. de Baſlibobus*. cf. Lengnich Beitræge zur Kenntniſs ſeltener Bücher &c. 2 Theil. p. 120. Exſtat quoque in Bibl. Archipal. Manhem. hujus anni editio.
- *Veneta* V, fol. Juvenalis, cum Comm. Dom. *Calderini* per *Bapt. de Tortis*.
- 1486 *Brixienſis* III, fol. Persius cum Comm. Jo. *Britannici*, & Juvenalis c. Comm. Ge. *Merulae*, typis Jacobi Britannici Brixiani.
- 1487 *Veneta* VI, fol. Juvenalis, cum Comm. Dom. *Calderini*. — per *Barthol. de Zanis de Portefio*. Exſtabat etiam inter libros in duplo Bibl. Gœttingenſis divenditos 1784, teſte Cat. p. 12. n. 92.
- 1491 *Veneta* VI, fol. Persius cum Comm. Jo. *Britannici* Brixiani & *Barthol. Fontii*. — *Impreſſum Venetiis per Bernardinum Benalium Bergomenſem & Matheum Capcaſam Parmenſem anno nativ. Dom. MCCCCXCI. d. III. Aug.* Sic in Engeliſi Bibl. ſelect. p. 115 ſub *Terent.* & in Cat. librorum in Bibl. Gœtting. in duplo exſtantium an. 1784. p. 16. n. 120 (b).
- *Mediolan.* fol. Juvenalis *Satyræ impreſſ. Mediolani per Udalricum Sinzeler* an. MCCCCXCI. Ita expreſſum hujus typographi *Mediolan.* natione *Bavari* nomen, quod vulgo effertur *Maittario* & alias *Sinczenzeller*, vidit clar. IC. & hiſtoricus Phil. *Wilh. Gercke* Itinerar. Germ. ſcripti T. I, per *Bav. & Suev.* p. 255, n. 9. cf. p. 250, n. 3.
- *Veneta* VII, fol. Juvenalis c. Comm. Dom. *Calderini* & *Georgii Vallæ* — *Venetiis per Magiſtrum Theod. de Regazonibus de Aſula.* v. Engeliſi Bibl. ſel. Atque hæc eſt prima ed Comm. Ge. *Vallæ*, qui uſus eſt MS. cum interpretamentis *Probi* cujuſdam *Grammatici*. cf. ſuprà in deſcriptione ætatis I.
- 1492 *Veneta* VII, fol. Persius c. Comm. Jo. *Britannici* per *Barth. de Rigozzonibus*. vid. Lengnichii Beitræge &c. P. II, p. 120.
- *Veneta* VIII, fol. Persius c. Comm. *Brit. & Fontii*. Juvenalis, c. Comm. *Merulae* & *Calderini*. — apud *Petrum Joannem de Quarengis*. cf. *Bauerum* T. III, p. 185, & *Mylum* Bibl. Jenenſ. p. 214, n. 522.



DE PERSIO ET JUVENALI. XXI

Exstabat etiam in Bibl. Zechiana, teste Catal. Lipf. 1780 p. 38. n. 530.

1493 ~~Veneta IX~~, fol. Juvenalis, cum tribus Comm. videlicet Ant. Mancinelli, Dom. Calderini, Georgii Vallæ. Venetiis impressum est hoc Juvenalis opus cum tribus Comm. per Joannem de Cereto de Tridino 1492. Sic est in Cat. Bibl. librorum in Bibl. Gœtting. in duplo exstantium p. 16. n. 120. — Hæc, quas *almæ virtutis perpetuas opes & bona verba* appellat, Nic. Rubeo patricio Veneto, Ædis Geminiæ antistiti & D. Marci Canonico dedicavit. — Nihil non magnificum pollicetur Mancinellus; sed intra fabularum prolixam enarrationem, si quando eas poeta attingit, & paraphrases fere subsistit, rarius in interiora & recondita se penetrat. Sic de eo judicat Henninius in præf. notis selectis ad Juv. præmissa p. 754 Juvenalis sui.

1494 ~~Veneta IX~~, fol. Juvenalis, Fabricio memoratur.

1494 ~~Keneta IX~~, fol. Persius c. n. Jo. Brit. & B. Fontii. — Venetiis sumptibus Jo. de Tridino; castig. a Barth. Merula.

~~Veneta X~~, fol. Juvenalis cum tribus Commentis. — Venetiis, per Johannem de Tridino. cf. Lengnich l. c.

1495 ~~Veneta X~~, fol. Persius, a. Comm. B. Fontii.

1596 ~~Parisiis~~, fol. Juvenalis.

1497 ~~Veneta XI~~, fol. Persius.

~~Veneta XII~~, fol. Juvenalis.

~~Lipsiæ~~, fol. Juvenalis.

~~Norimbergæ~~, fol. Juvenalis. Anto. Manc. Domicius. Georg. Val. Nurnb. per A. Koberger. Sic est in Cat. Bibl. Zech. p. 37, n. 518, & Catal. Bibl. Gœtting. l. c. p. 21. n. 164. Hac editione usus est Henninius in excerpendis notis Georgii Vallæ.

1498 ~~Veneta XIII~~, fol. Juvenalis Satyræ cum Comm. Ant. Mancinelli Veliterni, Domitii Calderini Veron. Ge. Merula, nec non Georgii Vallæ — Venetiis per Joannem de Cereto alias Tacuinum de Tridino 1498. Die III. Julii.

~~Lugdun. 4.~~ Juvenalis c. annot. Ant. Mancinelli — Impressum est hoc opus pro fido & bono Bibliopola Stephano Guaynardo cive Lugdunensi, arte & indu-

fria Nic. *Wolff* Alemanni, ipso *Ascensio* vitiórum expunctore Anno 1498 ad 14 Kal. Dec. cf. *Engeliæ* Bibl. selectiff. p. 86.

## Æ T A S I I

**PERSII** 1499 — 1585 auctoris scholiis veteribus; quæ sub *Cornuti* nomine feruntur. Ea nimirum 1499 primus protulit Jo. Bonardus sacerdos Veronenfis, dein curatius Rob. Stephanus 1544, locupletiora autem Elias *Vinetus* 1560. Textus vero inde & ab *Aldina* 1501 (cujus filia videtur *Juntina* 1513) a Parisina *Colinæi*, Lugdunensibus Seb. *Gryphii* 1534 & 1538, Parisina R. *Stephani* 1544, Basiliensi Frobeniana Cælii Sec. Curionis 1551, Pictaviensi *Vineti*: 1560, Plantiniana *Pulmanni* 1565, & Basil. Th. *Freigii* profecit. — Novi Commentatores accessere Ph. *Be-roaldus*, & Ang. *Politianus* 1507, Jo. *Murmellius* Ruremundanus, & Jo. Bapt. *Plautius* 1516, Jod. *Badius Ascensius* 1523, qui & *Plautii*, *Murmellii*, *Britannici*, *Ælii* Ant. *Nebriſſenſis* ac Jo. *Scoppæ* curis suas leviores conjunctiores edidit, & ab an. 1525 Herm. *Buschius*, cujus obſt. in Sat. I *Murmellianæ* edd. sibi vindicarunt, & Def. *Erasmus* Roterod. *Ascensianæ* filia melior est Frobeniana *Curionis*; quem excepit novus Commentator Ant. *Foquelinus*. denique paraphrastæ munus sibi sumfit Nic. *Frischlinus*. Tacemus alios.

**JUVENALIS** 1499 — 1585. quam ut comparem faciamus *Persianæ* II, ordimur a Jo. *Britannici* Commentario etiam in *Juvenalem* 1499 *Venetis* edito, eoque illustriori, mox *Brixia* 1501 repetito, & ab *Aldina* *Juvenalis* *Persio* sociati. *Britannici* certe *Comin.* fere unus jam obtinere cœpit in edd. majoribus *Venetis* & *Mediol.* nisi quod *Mancinelli* levioſam explanationem suscepit *Ascensiana* 1505, mox repetita 1519. Sed *Veneta* 1539 *Ascensii* curas *Commentariis* *Britannici* adjunxit; & Basil. Frobeniana eodem exhibet Cælii Sec. *Curionis* scholiis auctos. *Aldina* vero textum fere secutæ sunt post *Juntinam* *Gryphiana*, quæ tamen & sua habent bona, *Vene-*

tæ Stagnini, Parisinæ Sim. Colinaï & Rob. Stephani. Tandem Th. Pulmannus Plantinianarum curator textum adhibitis tribus MSS. bene tractavit, suamque ed. 1566 notis Hadr. Junii in margine auxit.

1499. *Veneta* XII, cum picturis, fol. Persius cum Comm. Cornui philosophi, Jo. Britannici & Barth. Fontii — *Impressum Venetiis sumptu diligentissimi viri Joannis de Tridino.* — In hujus ed. capite est epist. Jo. Bonardi, sacerdotis Veronensis ad Angelum Marcellum, Patricium Venetum: in qua se dicit Cornui Comm. diu lacerum & valde depravatum operosa industria sua restituisse & Tacuino exprimendum dedisse. Exstat bis in clar. Jo. Aug. Ernestii Bibl. teste Catal. p. 172, n. 2565 & 2595.

— *Veneta* XIV, fol. Juvenalis, prima cum Comm. Jo. Britannici teste Hambergero P. II, p. 270 extr. ad quam referenda, quæ in Brixiana literat. p. 145 præfat. ed. Ascensianæ disputantur de priori ed. ante Brixiensem illam 1501.

1500. *Lugdun.* 4. Persius c. Comm. Jo. Britannici. Exstat in Bibl. Archipal. Manhem.

— *Brixienfis* IV, fol. Persius c. Comm. Jo. Britannici & ex ejus recognitione. per Jac. Britannicum.

1501. *Veneta* XV, fol. Juvenalis Satyræ c. Ant. Mancinelli, Dom. Calderini, G. Merula, & G. Valla Commentariis. — *Impressum Venetiis per Jo. de Cereto, alias Tacuinum de Tridino.* Sic legitur in Catal. Bibl. Ernestianæ p. 172, n. 2565; & in Catal. libr. Bibl. Goetting. in duplo exstantium, p. 23, n. 180.

— *Brixienfis* V, fol. Juvenalis cum Comm. Jo. Britannici & scholiis veterum, memoratur inter edd. Juv. ab Henninio in prolegg. Juvenalis sui laudatas, & in Brixiana Literatura, p. 145. ubi & de priori disputatur. cf. supra ad an. 1499.

(1501.) *Aldina* sine anni nota, 8. Juvenalis & Persius ex officina Aldi. Eodem anno & prodit ex off. Aldi Horatius; quocum juncti memorantur in Solgeri Catal. Bibl. (quæ dein accessit ad Bibl. Norimbergensem.) T. III, p. 278, n. 1833, ubi annotatum legitur: *Ob. notas MSS. Lazari Spengleri Syndici Norimbergensis doctissimi († 1534) in pretio habenda.*

XXIV NOTITIA LITERARIA

- 1502 *Lipſiæ*, fol. *Persius*. vid. *Goetze Merkwürdigkeiten der Dresdner Bibl. T. III, p. 179, n. 219.*
- 1503 (*Brixia* VI,) fol. *Persius cum Comm. Britannici*; itemque *Juvenalis c. Comm. Brit.* cf. *Fabricius Bibl. Lat. Ed. 1721, vol. II, p. 733, & Catal. Bibl. Ludewigianæ Hal. P. IV, p. 1457, n. 12604.*
- 1504 *Lipſ.* fol. „ *Junii Juvenalis Aquinatis Satyræ copiis annotationibus & marginalibus MSS. ab anonymo quondam vet. ornatus.* — Habes amate Lector textum *Junii Juvenalis Aquinatis, Satyrarum scriptoris lepidissimi, iterum atque iterum satis laboriose emendatum vigilique diligentia Baccalarii Martini Herbipolenſis Lipſienſis civis ibidem a novo imprefſum Dominicæ Incarnationis an. Mileſimo quingenteſimo quarto, ſeptimo Idus Menſis Auguſti finitum.* Si quod tamen vitii humano errore admiſſum fuerit: cum benevolentia radito atque inter legendum caſtigato. Non enim omnia poſſumus omnes. „ Sic legitur in *Cat. Bibl. Uffenbach. T. II. App. Incunab. artis typogr. n. 227, p. 79. conſtabat V Imper. Pariſ. 4. Aſcenſiana.* *Junii Juvenalis Satyræ cum Ant. Mancinelli viri eruditiff. explanatione. Impreſſ. in ædibus Aſcenſianis apud Parrhiſios MCCCCCV, ad Nonas Martias. Sic eſt in Cat. Bibl. Uffenbach. l. c. n. 229, p. 80. Pretium 3 Imp. Ceterum hanc ed. triviali ſuo Comm. auctam inſcripſit Badius Henrico Valuphino, artium bonarum Profeſſori & diſertiffimo apud Lugdunenſes Grammatico.*
- 1506 *Lugd.* 8. *Persius c. interpr. Jo. Britannici.* Exſtabat in *Bibl. Zechiana, teſte Catal. Lipſ. 1782 edito, p. 61, n. 995. niſi mendum ſubeſt.*
- 1507 *Lipſienſis (Lipzk)* fol. *Persius, ſine notis.*  


---

*Lugdun.* fol. min. f. 4. *A. Persii familiaris explanatione c. interpr. Jo. Britannici; præmiſſæ Beroaldi & Poſſutiani in Perſium prælectiones; vid. Cat. Bibl. Ill. L. -B. de Zech. n. 658, p. 46.*  


---

*Lugdun.* fol. min. *Juvenalis cum Ant. Mancinelli, viri eruditiffimi, explanatione.* — Impreſſum eſt hoc opus pro-fido & bono Bibliopola Stephano Gueynardo, cive Lugdunenſi, arte & induſtria Stephani Baland, anno ſalutis Chriſtianæ M. quingenteſimo

- septimo VII Kalend. Novembꝛ. — Exemplar hujus ed. in Bibl. Uffenbach. (vid. l. c. p. 83) venditum 6 numis imperialibus.
- 1509 *Venet.* fol. Juvenalis cum Commento Jo. *Britannici*. — Venetiis, per Joh. *de Tridino*. Sic est in Engellii Bibl. selectiss. p. 118.
- 1510 *Lugdun.* 4. Persius, Repet. ed. 1507, teste eodem Catal. n. 659.
- 1512 *Lugdun.* 4. Juvenalis cum Comm. *Mancinelli & Badii*. Exstabat in Bibl. Patrum S. J. Lovanii divendita.
- 1513 *Florentina* s. *Juntina*, 8. Juvenalis & Persius. Vide Goetze Merkwürdigkeiten der Dresdner Bibliothec, p. 173, n. 213. & Bauerum T. II, p. 216. Exstabat etiam in Bibl. clar. J. A. Ernestii 1782 divendita Lipsiæ, teste Cat. p. 188, n. 2825 (b).
- *Argentor.* Juv. & Persii Satyræ 4. per Jo. *Knoblauch*. Sic certe est in Cat. libr. *Matth. Fontaine*. Manhem. 1779.
- 1514 *Mediolan.* fol. Junius Juvenalis. Opus quidem divinum antea impressorum vitio mancum & inutile: nunc autem a Viro docto bene recognitum: adeoque diligenti castigatione excultum; ut ne punctus: coma; seu interrogatiuncula: cum in textu: tum in Commento deficiat: ut facile legentibus videre est. Scribente Joanne *Britannico*, viro eruditissimo cum figuris suis locis apte dispositis. Nec non elegantissima fabula noviter revisa: quæ omnia secundum Alphabeti ordinem mirifice complectitur. Atque etiam nuper accurata Fratrum de *Lignano* diligentia: cum pluribus additis elegantissimis & accuratissimis annotamentis infra scriptorum virorum clarissimorum; scilicet Angeli *Politiani*. Philippi *Beroaldi*. Baptiste *Egnatii*. — In fine mutilo exempli legitur: . . . aureum Juvena. opus: novissime infinitis pene erroribus emendatum: maximaque diligentia imp. per Joannem Angelum *Scinzenzeler*. Impensis nobilium virorum Jo. Jacobi & fratrum de *Lignano* mercatorum *Mediolanensium*. Anno Domini 1514, die XIII Junii. — Notitiam hujus edit. debemus viro eruditissimo A. C. *Borheck*.
- 1515 Persius. (forsan cum interpr. Jo. *Britannici*, *Beroaldi*

& *Politianus* prælectt. & impressa per J. A. *Scinzerzeler.*) Exstat in Bibl. Francof. ad M. teste Catal. Jo. Jac. *Lucii.*

— *Lips.* (*Liptzk*) 4. *Perfius.* vid. ill. *Zechii* *Bibl. Cat.* l. c. n. 660.

— *Veneta*, fol. „ *Junius Juvenalis.* Opus quidem divinum antea impressorum vitio mancum & inutile: nunc autem a Viro docto bene recognitum: adeoque diligenti castigatione excultum; ut ne punctus: coma: seu interrogatiuncula: cum in textu: tum in Commento deficiat: ut facile legentibus videre est. Scribente Joanne *Britannico*, viro eruditissimo cum figuris suis locis apte dispositis. Nec non elegantissima fabula noviter revisa: — Venetiis per *Georgium de Rusconibus*, *Mediolan.* A. D. 1515. „ Sic *Hambergerus* l. c. p. 270, titulum exhibet.

1516. *Veneta*, fol. Castigatissimum *Perfii* poema: cum Joanne *Baptistæ Plautii* frugifera interpretatione: nec non cum *Cornuti* philosophi ejus præceptoris: Joannis *Britannici* *Brixiani*: ac *Bartholomei Fontii* aureis commentariis. In fine: Impressum Venetiis per Joannem *rubeum* *Vercellensem.* Anno a nativitate Domini MDXVI, die vero XXV Mensis Aprilis Regnante inelyto ac foelicissimo principe *Leonardo Lauredano.* — Sic titulum nobis descriptum communicavit vir humanissimus *Aug. Christ. Borheck.*

— *Daventriæ*, 4. *Perfius* cum *Ecphrasi* & *Scholiis* Jo. *Murmellii.* Vid. *Cat. Bibl. Zech.* n. 661. (Jo. *Murmellius* obiit *Daventriæ* 1527.)

1517 *Coloniæ*, 4 min. Nova commentaria in *Perfium.* A. *Perfii* *Flacci* *Satyræ* complusculis quibus scatebant mendis repurgatæ. cum *Ecphrasi* & *Scholiis* Joannis *Murmellii* *Ruremundensis*:

MARTIALIS.

*Sepius in libro memoratur Perfius uno*

*Quam totus magna Marsus Amazonide.*

In fine: Impressum *Coloniæ* in officina libraria *Quentell.* Anno Domini MDXVII, in Septembri. Hujus ed. rarioris notitiam debemus viro literatissimo A. C. *Borheck.*

— *Lugd.* 4. *Juvenalis.* Forsan repetitio. ed. 1512.

DE PERSIO ET JUVENALI. XXVII

- 1518 *Veneta*, fol. Juvenalis & Persius. Ex indice Henniano in prolegg.
- *Argentina*, 4. Juvenalis, per Joh. Knoblauch. v. Engeli Bibl. fel. p. 86.
- 1519 *Ascensiana* II, Juvenalis. Repet. ed. 1505.
- 1520 *Parif.* 4. Persius c. interpr. Jo. *Britannici*. Bibl. Zech. n. 662.
- 1521 *Lugdun.* 8. Persius cum Juvenali. Exstabat in Bibl. Schwarziana, P. I, n. 2063, p. 120.
- 1522 *Colon.* 4. A. Persii Flacci Satyræ, luculentissima Epherasi & Scholiis doctissimi viri Joh. *Murmellii* Ruremundensis enarratæ. — Herm. *Buschii* epistola, qua Persiani Prologi & primæ Satyræ argumentum explicatur. — Apud Sanctam Ubiorum Coloniam Anno MDXXII. — In fine folii B legitur: *Colonia in adibus Eucharii Cervicorni*. Mense Augusto. — Servatur in Bibl. Acad. Heidelberg. significante nobis perhumane Viro pl. rev. & doct. Car. Buttinghausen, Theol. D. & Prof.
- *Basil.* 8. Juvenalis.
- 1523 *Ascensiana*, fol. Persii Satyræ cum quinque Commentariis & eorum indice amplissimo: ac Satyrarum argumentis Jodoci *Badii Ascensii*, Jo. Bapt. *Plautii*, Jo. *Murmellii*, Jo. *Britannici*, Ælii Antonii *Nebriensis*. Additis ad calcem L. Joannis *Scoppæ* in eundem annotationibus. Venundantur in ædibus Jodoci *Badii Ascensii* 1523. — Ita Hambergerus, T. II, p. 72.
- 1525 Eadem ex prelo Ascensiano. cf. Engeli Bibl. fel. p. 124.
- *Colon.* 8. Persius c. scholiis Jo. *Murmellii* & Herm. *Buschii* ad eum epistola. v. Bibl. Ernestianæ Cat. Lips. 1782, p. 192, n. 2898.
- 1527 *Parif.* 8. ap. Rob. Stephanum. Persius c. notis Æl. Ant. *Nebriensis*.
- 1528 *Parif.* 8. *Colinæi*. Junii Juv. & A. Persii Satyræ ap. Sim. *Colinaum*, sine notis. Sic est in Catal. Bibl. Hemmonis Arn. Werumæi, Ict. Grœning. 1783, p. 74, n. 976.
- 1529 *Lucronii* (in Hispania) 8. Persius c. n. Ælii Ant. *Nebriensis*.

XXVIII NOTITIA LITERARIA

- 1530 *Veneta*, 12. Perſius cum Juvenali. Venetiis ap. Bernardinum *Stagninum*. cf. Fabricii *Bibl. Lat.* ed. 1721, vol. II, p. 553.
- 1531 *Parif.* 4. Perſius c. ſcholiis Jo. *Murmelki* & ep: Herm. *Bufchii*, ap. Chriſt. *Wechel*.
- *Bafil.* 8. Perſius. vid. Gœtze, l. c. T. I, p. 526, n. 616.
- 1533 Eadem, *ibid.* ap. eund.
- 1534 *Lugdun. Gryphii* I, 8. Perſius & Juvenalis. vide ad an. 1538.
- 1535 *Veneta*, 8. Perſius cum Juvenali. ap. Bern. *Stagninum*.
- *Parif.* 8. Perſius c. annot. & Juvenalis *Satyræ XVI*.
- 1537 *Magdeburgi*, 8. c. ſcholiis J. *Murmellii*. Servatur in *Bibl. Archip. Manhem*.
- 1538 *Parif.* 4. Perſius c. ſcholiis Jo. *Murmellii* & ep: Herm. *Bufchii* ex off. Chriſtiani *Wechel*. cf. ad an. 1531, & *Engelii Bibl. ſel.* p. 123. *Bauerum*, T. III, p. 186.
- *Coloniæ*, 8. Perſii *Satyræ* obſcuriſſimæ alioqui luculentiffima ephraſi & ſcholiis Jo. *Murmellii* illuſtratæ. Acceſſerunt Deſ. *Eraſmi*, Roterod. Annotationes & Herm. *Bufchii* epiſtola, ad intelligentiam Perſii multum conducens. *Coloniæ* exc. Joannes *Gymnicus*, 1538. v. *Cat. Bibl. Bunav.* T. I, vol. I, p. 345. cf. ſupra an. 1522 & 1525.
- *Lugdun. Gryphii* II, 8. Jun. Juvenalis & Auli Perſii *Flacci Satyræ* jam recens recognitæ, ſimul ac annotationibus, quæ brevis *Commentarii* vice eſſe poſſunt, illuſtratæ — apud Seb. *Gryphium*. *Lugdun.*, 1538. Habet 159 pagg. hæc editio pulchrius literis *Italicis* expreſſa. Textus fere convenit cum *Aldino* exemplari, ſed & ab eo diſcedit, maxime orthographica ratione & interpretatione. Bonas ſubinde lectiones habet, quas *Henninius* ut in junioribus repertas probat. *Exempla* aſſert clar. *Lengnichius Beitræge* &c. 2 *Theil*, p. 141 — 148, ubi hæc ed. pluribus deſcribit.
- 1539 *Veneta*, fol. Juvenalis *Satyræ* cum interpr. Joannis *Britannici* & *Jodoci Badii Aſcenſii* explanationibus. Venetiis per Bernardinum de *Bindonis*. — Sic legitur in coll. librorum (*Joach. Chph. Nemeſii* *Cont.*



## DE PERSIO ET JUVENALI. XXIX

- 1541 Aulici Bipont.) Argentorati venundatorum, 1745.  
*Antverp.* 8. Persius. v. Cat. Bibl. Ultraject. in 8.  
 p. 133.
- 1544 *Parif.* Rob. *Stephani* I, Juvenalis & Persius cum scholiis antiquis.
- *Aug. Vindel.* fol. Persius c. *Plautii*, *Cornuti*, *Britonis* s. *Britannici* *Brixiani*, & *Fontii* *Commentarii*.
- *Francof.* 12. Persius cum Juvenali. vide Catal. Bibl. *J. G. Grævii*, *Traj. ad Rhenum* 8 excusæ, p. 229, n. 45.
- 1546 *Basil.* 12. Persius cum Juvenale. Exstabat in Bibl. sel. *Jo. Henr. Harscheri*, *Bibliopolæ Basil.* (1769.) n. 1033.
- 1549 *Parif.* Rob. *Stephani* II, 8. *Juv. & Persius* c. scholiis antiquis. Ex eadem Rob. *Stephani* off. prodiit quoque Persius, 12; quem sine anno memorat *Cat. Bibl. Thuanæ*, P. II, p. 278. ed. *Hamburg.*
- 1551 *Basil. Frobeniana.* fol. *Persii Satyræ* cum *Comm. Jo. Badii*, *Jo. Britannici*, *Jo. Bapt. Plautii*, *Ant. Nebriffensis*, *Jo. Murmellii* &c. *Filia* igitur est *Ascensianæ*; sed in ea notæ *Nebriffensis* non sunt integræ.
- *Basil. Frobeniana.* fol. *Juvenalis* cum *Comm. Jo. Britannici* & scholiis *Cælii Secundi Curionis*.
- 1553 *Parif.* 8. ap. *Wechel.* *Persius* c. n. *Murmellii* & *Erasmi Fabricio* memoratur.
- 1555 *Parif.* 4. *Persius* cum *Ant. Foquelini* *Comm.*
- 1556 *Lugdun.* 12. ap. *Jo. Frellonum*: *Junii Juven. & A. Persii Satyræ*, annotatiunculis quæ brevis *Commentarii* vice esse possunt illustratæ. Quod exemplar nos etiam contulimus. Est vero ex rec. *Junii*.
- 1558 *Parif.* 4. *Persius*. v. *Bauerum Suppl. T. II*, p. 264.
- 1559 *Antverp.* 8. *Juvenalis & Persius*, cum annotatiunculis in margine.
- 1560 *Pictav.* 4. *Persius* c. *Comm. A. Cornuti & Eliæ Vineii*, *Santonis* — *Pictavis* apud *Enguilbertum Marnefium*. Exstitit in *Bibl. Cordesiana* (*Parif.* 1643, 4.) *Zechiana* (*Lips.* 1780) p. 46. *Græviana*, p. 210, n. 71. & servatur in *Bibl. Lugdun.* (1716 fol.) *T. II*, p. 117.
- 1562 *Lugd. Frelloni*, 12. *Juvenalis & Persius*. rep. ex ed.

1556. v. Engellii Bibl. select. p. 40, sub voce *Catullus*.
- 1563 *Pictaviensem Vineti*, ad hunc annum referunt Fabricius B. L. ed. V. 1721. vol. II, p. 553 & Ernestius in novissima edit. B. L. nescio an per mendum. Forfan hoc anno repetita.
- 1564 *Lugd.* 12. Persii, repetita. vid. Bauer. T. II, p. 217, & Bibl. sel. Jo. Henr. *Harscheri*, bibliopolæ *Basil.* n. 1975, teste Catal. 1769.
- 1565 *Antverp. Plantin.* 8. Persius e rec. & c. notis Th. *Pulmanni*.
- 1566 *Antverp. Plantin.* 12. Juvenalis & Persius e rec. & c. n. Th. *Pulmanni*, qua ed. usus est Henninius.
- *Antverp. Plantin.* 8. Juvenalis ex ed. Theod. *Pulmanni*; (additis in margine scholiis Hadr. *Junii*.)
- 1578 *Basil.* 4. Persius c. n. varr. ex edit. Th. *Freigii*. *Basilicæ* apud Petrum *Pernam*. cf. Engellii Bibl. sel. p. 124 ab initio, & Bauerum, T. III, p. 186.
- 1579 *Paris.* 4. Persius cum indice vocabulorum.
- 1580 *Basil.* 4. in Persium notas Phil. *Engelberti* commemorat Lipenius.
- 1582 *Basil.* 4. Persius c. paraphrasi Nic. Frischlini notisque Valentini Volsci, Engentini, & Foquelini. cf. Beckmanni Catal. Bibl. Francof. p. 223, Col. I, Catal. Bibl. Ultraject. in 4. p. 51, & Bauerum T. III, p. 186, Catal. Bibl. Zechianæ p. 46, n. 664. & Bibl. select. Jo. Henr. *Harscheri*; *Basil.* p. 249, n. 732.
- 1585 *Antverp. Plantin.* 24. Juvenalis Satyrarum libr. V. & Persii Satyr. L. I. cum Theod. *Pulmanni* annot. vid. Mylii Bibl. Jenens. p. 544, n. 1593.
- *Antverp. Plantin.* 16. quam aequè ut priorem refert Catal. Bibl. Thuanæ, P. II, p. 280.

## Æ T A S III

**PERSII** 1585 — 1648 *Pithæo* — *Casauboniana*. Petrus nimirum *Pithæus*, Cod. antiquissimum Budensem nactus, ex eo Persii & Juvenalis textum longe melius constitutum simulque e veteri exemplari glossas veteres in Persium selectiores consilio Jos. *Scaligeri*, & vitam

## DE PERSIO ET JUVENALI. XXXI

Persii a Probo vel alio vetusto auctore scriptam primus edidit 1585, quam ed. repetiit H. *Commelinus* 1590. Denuo illum glossasque veteres recensuit If. *Casaubonus*, poetam Commentario, quem Scaliger dixit *divinum*, illustravit Paris. an. 1605, quæ ed. repetita ibid. 1615, & cura *Merici Casaub.* filii, Londini 1647. Ante eum jam præclare de Persio meritus erat commentando Th. *Marcilius*, a cujus & Jo. *Tornupæi* curis auctior prodiit Parisina Claudii *Morelli*, cum notis varr. 1601, & *Orrii* 1613. Sed *Casaubonum* nemo superavit. Post Nic. *Frischlinum* tamen novi supervenere paraphrastæ ab an. 1595, *Eilh. Lubinus*, qui & ipse *Wechelianas* Persii 1603, 1607 & 1619 curavit, & Franc. *Sanctius* an. 1599. In Persium commentati etiam Steph. *Claverius* & Bernh. *Autumnus*, Galli, notasque breviores ad juvenum studia aptiores scripserunt Th. *Farnabius*, 1612, & Jo. *Bond*, 1614; quæ dein sæpissime recusæ sunt.

**JUVENALIS** 1585 — 1648, *Pulmanno* — *Pithæana*. Cum jam ab an. 1566 textum *Juvenalis* bene constituisse videretur Th. *Pulmannus*, *Plantinianarum* curator; tribus ipse *Codd.* usus, & ab *Hadr. Junio* quartæ *Codicis* collatione & scholiis auctus, vicit tamen P. *Pithæi* cura ex antiquissimo *Codice* etiam *Juvenali*; Persii socio, adhibita, cui & debetur *Commentariis* in *Juv.* ex vetusto exempl. 1585; quam ed. Persii ac *Juv.* cum *Sulpiciæ* satira repetiit H. *Commelinus* 1590. Neque tamen etiam inde non profuit textui *Eilhardi Lubini* cura, qui *Juvenalem* cum Persio paraphrasi sua aucto in *Wechelianis* 1603 & 1619 emendatum dedit ex tribus *MSS.* Præ ceteris dein de *Juvenali* est promeritus Nic. *Rigaltius*, ab a. 1613 & 1616, sed inter *Commentatores* palmam retulit *Isaacus Grangæus*, ab an. 1614. *Juventuti* vero studiosæ consuluit suis notis brevioribus Th. *Farnabius*.

1585 *Paris.* 8. *Pithæi* I, A. Persii *Satyrarum* lib. I. D. *Junii Juvenalis* *Satyrarum* lib. V. *Sulpiciæ* *Satyra* I, cum veteribus *Commentariis* nunc primum editis. Ex bibliotheca P. *Pithæi*. J. C. cujus etiam *Notæ* quædam adjectæ sunt. — *Lutetiæ* ap. Ma-

mertum *Patiffonium*. Persium & Juvenalem ex Cod. antiquissimo olim Matthiæ Corvini regis Hung. sibi oblato meliores edidit primum *Pithaus*, glossas vero in Persium veteres selectiores longe, quam illas R. Stephani & Vineti sub Cornuti nomine; itemque Commentarium in Satiras D. Junii Juvenalis subjunxit e vetustissimo exemplari consilio maxime Josephi Scaligeri decerptum; præterea ex codice illo unico optimo aliisque lectt. varias quasdam in Persium & Juv. inque glossas Persii & Comm. Juv. notarum instar conscriptas subjunxit; atque sic præ ceteris cunctis edd. utriusque poetæ & scholiorum editoribus de illis meritus est.

- 1586 *Paris*. 8. Persius c. vers. Gallica G. *Durandi*.  
 1587 *Francof.* 8. Persius cum paraphr. Nic. *Frischlini*.  
 1590 *Lugdun. Plantin.* 12. Junii Juvenalis Satyrarum lib. V. Persii Flacci Sat. liber unus. Catal. Bibl. Hafæ-næ. Brem. 1732, p. 639, n. 36.

— *Heidelbergæ*, (Genevæ; vel in officina Sanct--Andreana) 8. A. Persii Satyrarum liber I. D. Junii Juvenalis Satyrarum lib. V. Sulpiciæ Satyra I, cum veteribus Commentariis nunc primum editis. Ex bibliotheca P. *Pithæi*, J. C. cujus etiam notæ quædam adjectæ sunt. (Insigne Andreanum f. Commelinianum) Heidelbergæ CIÖIOXC. Est repetitio Pithœanæ, præter quod ad calcem prolegg. legitur: *Observandum est, Nos in nonnullis locis exemplar Pithæi a Patiffonio Lutetiæ editum, secutos non esse; quos tibi hic representare visum est: pagina 1, versu Sat. I, 3, vel duo, vel nemo addito post vel puncto &c.*

Exemplar hujus ed. servatur hodie in Bibl. Acad. Heidelberg. quod ex libris J. G. *Grævii* philologi quondam humanissimi a Ser. quondam principe electore Joh. Wilhelmo coemtis & Academiæ Heidelb. donatis cum ed. Persii Casauboniana Londini repetita supereft. Fuit id ante Grævium possessorem Viri quondam eruditissimi, oratoris, poetæ & politici, Dan. *Eremitæ* († 1613) qui & vetera Comm. a Pithœo edita multis locis emendavit. Quibus emendd. neque Henninius in

## DE PERSIO ET JUVENALI. xxxiii

- Juv. neque Casauboniana Persii editor, Mericus Casaub. usi sunt. — Fuit quoque exemplar ex offic. Sanct-Andreana in Bibl. perill. Lud. Bernh. de Zech, 1780 Lipsiæ divendita, teste Cat. pag. 61, n. 1003, quod quondam fuerat J. Fr. Christii, qui sua manu marginibus annotatiunculas Fr. Lindenbrogii descriptas adjunxit.
- 1595 *Amstel.* 8. Persius cum paraphrasi & notis Eilhardi Lubini. memorat Crenius P. III. Animadvers. p. 16, & Catal. Bibl. Zech. p. 61, n. 996. Bibl. Hafæana Brem. p. 592, n. 146.
- 1596 *Francof.* 8. Nicodemi *Frischlini*, cum in Q. Horatii Epp. libros duos: tum in A. Persii Fl. Volaterr. Satyras sex — paraphrases. Francof. ad Mœnum typis Joh. Spiessii MDXCVI. Servatur in Bibl. Acad. Heidelb. significante nobis clar. Büttinghausen.
- 1597 *Veneta*, 4. Juvenalis cum paraphrasi Federici Ceruti, Veronensis. — Ultra verbalem constructionem rarissime affurgit; unde neglectus Henninio.
- 1599 *Salmanica*, 8. Persius, cum ephrasi s. paraphr. & scholiis Franc. Sanctii, Brocensis.
- *Augustæ Vindelicor.* 4. cum paraphr. Fed. Ceruti. Exstabat in Bibl. sel. Jo. Henr. Harscheri Basil. 1769. Sed in Fabr. B. L. dicitur impressa Augustæ Taurinorum.
- 1600 *Raphelengiana*, 8. v. Bibl. Cordeſiana, p. 500.
- *Parif.* 8. Persius cum Comm. Theod. Marcilii, commemoratur Lipenio.
- *Aug. Vindel.* J. Juv. existit in Bibl. Soc. Jes. Lovan. & Bruxell.
- 1601 *Parif.* 4. Persii Satyræ cum Comm. Theod. Marcilii, Jo. Tornupæi; L. A. Cornuti in eundem Comm. ex Bibl. Jo. Rouffati; El. Vineti Santonis in eundem notæ. acc. P. Pithæi variæ lectt. & notæ ad veteres glossas. — Lut. Parif. apud Cl. Morellum.
- 1602 *Parif.* 4. Juvenalis Satyræ c. Britannici Comm. immixtis scholiis Curionis; ex ed. Frobeniana (1551) quam Claud. Morellus κατὰ πῶδα secutus, haud absque plurimis mendis expressit.

XXXIV NOTITIA LITERARIA

- *Rostoca*, 8. Juvenalis e rec. Eilh. *Lubini*. Henninio memoratur.
1603. *Lugd.* Gryphii, 12. Persii & Juvenalis Satyræ. v. Catal. Bibl. Zech. p. 69, n. 1171.
- *Aug. Taurinor.* 4. c. paraphr. Fed. *Ceruti*.
- *Hanoviæ*, Wechel. 4. D. Junii *Juvenalis* Satyrarum libri V ex duobus manuscriptis exemplaribus & vetustiss. manuscripto Commentario plusquam ducentis locis correcti. Præterea A. Flacci *Persii* Satyrarum liber unus. Cum analysi & doctissimis commentariis, partim nunc primum, partim de integro editis, Eilhardi *Lubini*. In fine accessit rerum & verborum index. *Hanoviæ*, typ. Wechel. ap. Cl. Marnium & hæc. Jo. Aubrii. Exstabat in bibl. clar. Ernestii teste Cat. p. 181. n. 2701. Ple-niorem titulum dedit Hambergerus P. II, p. 271.
- *Genevæ* (Aureliæ Allobr.) 4. in Corp. poet. Lat. excuso a Sam. Crispino. Persius in vol. I. *Juvenalis* vol. II.
1605. *Parif. Casauboni* I, 8. Persii Satyrarum liber. Isaacus Casaubonus recensuit & commentario libro illustravit. Parisiis. H. Drouart.
1607. *Parif.* 8. Juvenalis & Persii Satyræ cum Commentationibus & Paralipomenis B. *Autumni*. Par. 1607. Item Steph. *Claverii* Commentarius in A. Persii Satyras, Parif. 1607. It. ejusdem paraphr. ænigmaticæ in Juvenalem; adjunctæ Jos. *Scaligeri*, *Lipsii* & aliorum explicationes; ibid. apud Rob. *Fouet*.—De *Claverio*, qui in Martialem quoque & Claudianum scripsit, vid. Barthium ad Statium T. I, p. 432. de *Autumno* vid. mox ad Juvenalem an. 1614. Exstabat hæc ed. in Bibl. sel. Jo. Henr. Harscheri Bâfil. n. 2298, & plenius laudata in Bibl. Hæfæana *Bremæ*, p. 591, n. 137.
- *Hanov.* 8. Persius c. n. & paraphr. Eilh. *Lubini*.
1608. *Friburgi*, 4. Juvenalis & Persius cum indice omnium vocabulorum Jos. *Langii*.
1610. *Colôn.* 8. Juvenalis, expurgatus memoratur Fabricio B. L. ed. V vol. I, p. 455 ad vers. *Tarteronii*.
1611. *Genevæ*, 4. Persius & Juvenalis in Corp. poet. Lat. Crispiniano éd. 2. vid. supra ad an. 1603.

DE PERSIO ET JUVENALI. XXXV.

- 1612 *Geneva*, 12. Juvenalis & Persius c. n. & Ind. omnium verborum.
- *Lond.* 8. Persius c. n. Tho. *Farnabli*.
- 1613 *Paris*. 4. Persii Satyræ, cum antiquissimis commentariis, qui *Cornuto* tribuuntur, collatis cum veteribus membranis & auctis; Eliæ *Vineti* præfatione & annotationibus; Johannis *Britannici* interpretatione, Phil. *Beroaldi* oratione habita in enarratione Persii, Angeli *Politiani* prælectione in eundem; Petri *Pithæi* variis lectionibus & notis; Theodori *Marcilii* emendationibus & commentario. *Lutetiæ*, ap. Joh. *Orris*. v. *Catal. Bibl. Bunav. T. I, vol. I, p. 345.*
- *Paris*. 4. D. Jun. Juvenalis Satyræ sexdecim cum veteris scholiastæ & Jo. *Britannici* commentariis; quibus accesserunt P. *Pithæi*, Cælii *Secundi Curionis*, & Theodori *Pulmanni* notæ & variæ lectiones: ad calcem adjecta est *Sulpiciæ* Satyra de statu reipublicæ tempore *Domitiani*, cum edicto philosophos urbe exegisset. *Lutetiæ*, Cl. *Morellus*. vid. *Catal. de la Bibl. du Roy Bell. Lettr. T. I, p. 318.*
- *Paris*. 12. *Rigaltii* I, *Juven. Sat.* cura *Nic. Rigaltii*, cum ejusdem de Satyra *Juvenalis* dissertatione. *Paris*. ex off. *Rob. Stephani*. Exstabat in *Bibl. Thuan.* Vide plura ad an. 1616, quo denuo edita est.
- *Paris*. 12. *Persius* ex off. *Rob. Stephani*.
- *Colon. Agripp.*
- 1614 *Lond.* 8. *Persius* cum notis postumis *Jo. Bond.*
- *Paris*. 4. *Juvenalis Satyræ* cum comm. *If. Grangæi*, *Bern. Autumnii*, & *Dom. Calderini*. *Parisiis* ap. *Robert. Fouet*. — *If. Grangæus*, *Gymnasiarcha Vindocinensis*, *Synopses* singulis *Satyris* & notas scripsit, quas *Heninio* placuit suo *Juvenali* cum scholiis veterum subijcere, cum non solum abstrusiora *Juvenalis* feliciter plerumque explicet, sed & vagatus per omne genus auctorum, *Alexandros Neap. Beroaldos, Brodæos, Canteros, Cujacios, Douzas, Egnatios, Erasmos, Flavios, Floridos, Gyraldos, Junios, Leopardos, Lipsios, Loenses, Magios, Muretos, Parthasios, Politianos, Ramirefios, Rhodiginos, Tur-*

nebos, Victorios, & plurimos alios viros doctissimos laudet, quorum loca Juvenalem illustrantia magna cum fide frequentat. „ Sic de eo Henninius, ejusdem de se verba etiam laudans: Cum ex multis nullum juvenibus Juvenale nostro, tum curvis moribus corrigendis, tum rectis instituendis, magis utilem nactus fuisset; attentius solito legi: cumque perobscurior, quam mihi proposueram, legenti occurrisset, non tamen destiti, sed eo attentius & cum majori cura volvi iterum, iterumque revolvi, aliquando solum, aliquando commentariis, ut panis, involutum, quibus comparandis nulli impensæ, nulli labori peperci; ita ut plures MSS. & omnes commentarios diversorum, qui diversis temporibus in hunc auctorem scripserunt, triennio quam diligentissime undequaque exquisiverim; ex quibus & fere ex omnibus Poetis, Historicis, Oratoribus, Philosophis, quæ ad tanti auctoris explanationem facerent, collegi, sive ad ea, quæ historiam tangunt, respicias, sive ad morum & verborum puritatem: omnes laudans, neminem lædens, nisi cujus error aut incititia plane sit intolerabilis. — Non æque modeste se gessit Bern. *Autumnus*, Nitiobrix, in Senatu Burdigalensi patronus, qui summa cum pompa promittat Commentat. Obs. Paralipomena in has Satyras a se ex MSS. (si Diis placet.) restitutas, omnesque ante eum interpretes nominatim mox ab initio jactet castigatos. Verum (inquit Henninius in præf. nott. sel. p. 755) sine invidia verum mihi liceat dicere, si singuli sua repetitum venirent, nudus remaneret procul dubio ineptissimus rhapsodus, ut Barthio Advers. XXVII, aliisque non sine ingenti merito suo dicitur.

1615 *Parif. Casauboni* II, 8. Persii Satyrarum Liber. Isaacus *Casaubonus* recensuit & commentario libro illustravit. Parisiis. H. Drouart.

1616 *Parif.* 8. Persii Satyr. cum Juvenale & Sulpic. ed. Rigaltinæ, ex offic. Rob. Stephani. Memorantur in Bibl. Cordesiana, p. 499.

— *Parif.* 12. *Rigaltii* II, Juven. Satyrarum lib. V. *Sulpicia* Satyra: nova editio: cura & cum notis Nic.



*Rigaltii*. Lutetiæ, Ro. *Stephan.* vid. Cat. de-la Bibl. du Roi Belles Lettres. T. I, p. 318. Sed Henninius hanc ed. in 8 forma elegantem & nitidam dicit p. 698 Juvenalis sui. *Notæ* Rigaltii ad calcem subje-ctæ, hæque excipiunt *notæ aliquot repetitæ lectio- nis*. Pauculæ sunt notæ & breviores, sed quæ Prisciani, Servii, Acronis & similium ex Juvenale citationes, nec non nonnullas MSS. Codicum Variantes Lectio- nes repræsentent.

- 1617 *Lugd.* 4. in Alex. *Ficheti* Choro poetarum. Persius & Juvenalis, uterque expurgatus.
- 1619 *Hanovia*, *Wecheliana*, 8. Persius & Juvenalis repe- titio ed. 1603. Illa usus est Henninius.
- *Amsterd.* 24. ap. Jansson. Juvenalis & Persius.
- 1621 *Parmæ*, 4. *Asterii Manlii* in 1 & 2 Persii Satyram commentarius & notæ.
- 1623 *Francof. ad M. vel Hanovia*, 8. Juvenalis & Persius c. annot. Th. *Farnabii*; ad marginem. v. Fabricii. B. L. edit. 1721, vol. alt. p. 396 extr. & Beemani Cat. Bibl. Francof. p. 223 col. 1. Cat. Bibl. Zecha p. 58. n. 935.
- 1624 *Amst.* 8. Juvenalis & Persius. memoratur in Cat. Bibl. S. J. Bruxell. p. 235.
- 1625 *Norimb.* 12. Persius c. n. postumis Jo. *Bond.* v. Fabricium l. c.
- 1626 *Parif.* 12. Juvenalis & Persii Satyræ.
- 1627 *Genev.* 4. Persius & Juvenalis in Corp. poet. Lat. vid. supra ad an. 1603.
- 1631 *Amsterd.* 12. ap. Guil. Blæuw. Juvenalis & Persius c. annot. Th. *Farnabii*.
- *Norimb.* 12. Persius c. n. postumis J. *Bond.*
- 1633 *Lond.* 8. Juvenalis & Persius, c. annot. Th. *Farnabii*.
- 1634 *Amsterd.* 12. Eadem.
- 1635 *Jenæ*, 12. A. Persii Satyræ c. n. J. M. *Dilherri*. vid. Cat. Bibl. Zechianæ Lipsf. 1680, p. 69, n. 1168.
- Ab eodem Dilherro anno seq. Satyrici minores de corruptis seculi moribus, Val. Cato, Pe- tronius, *Sulpicia* poetria, &c. editi sunt.
- 1642 *Amst.* 8. Juvenalis & Persius c. annot. Th. *Farnabii*.
- 1644 *Parif.* fol. ex typogr. Regia. Juvenalis & Persius.
- *Parif.* 8. *Idem* c. annot. Th. *Farnabii*.

## XXXVIII NOTITIA LITERARIA

———*Friburgi*, 8. Persius.

1645 *Amstel.* 12 maj. Persius c. posthumis commentariis Joannis Bond, quibus recens accessit index verborum: nunc primum excusus. *Amstel.* apud Jo. Janssonium.

1647 *Lond.* 8. Persius *Casauboni*, III editio: A. Persii Fl. Satyrarum Liber, cum ejus vita, vetere scholiaste, & *Isaaci Casauboni* notis, qui eum recensuit & commentario libro illustravit, una cum ejusd. Persiana Horatii imitatione. Editio novissima, auctior & emendatior ex ipsius auctoris codice: cura & opera *Merici Casauboni* If. F. Accessit & Græcorum, ubi opus erat, interpretatio, item Index auctorum, rerum, verborum locupletissimus.

1648 *Amstel.* 12. Juvenalis & Persius cum annot. Th. *Farnabii*.

### Æ T A S I V

#### PERSII CASAUBONIO—SCHREVELIANA

#### JUVENALIS SCHREVELIO—HENNINIANA

ab an. 1648 ad nostram usque ætatem procedens. Rationem, qua hanc ætatem a priori distinximus, doceant ipsa Corn. Schrevelii verba ad ipsius ed. primam cum notis varr. 1648 laudata, e quibus discimus, ipsum Claudii Salmasii consiliis adjutum, usumque duobus MSS. collatis, præterea edd. R. Stephani & P. Pithœi, textum poetarum & veterum scholiastarum emendatiorem dedisse; hinc repetita Schrevelii ed. aliquoties regnare maxime cœpit. Præstantior editio est illa ed. c. n. Varr. 1684, etiam J. Grævii notis aucta, quas uti textum Juvenalis & veterum scholiorum ex Schreveliana recensione repetitum ivit 1685 Henr. Christ. *Henninius*, qui commentarios ab eruditis antea scriptos vel integros vel excerptos, variorumque Obsf. in suæ edit. molem congestit, neque nisi spicilegium haud adeo magnum contulit: tantum abest, ut novam recensionem dederit, quam mentiuntur novellæ edd. U-

## DE PERSIO ET JUVENALI. XXXIX

trumque poetam, paulo ante quam Henninius Juvenalem suum edidisset, in usum Delphini curaverat Lud. Præteus; unde & Juvenalis expurgatus prodiit 1685, dein cum Persio Juvencii notis ab an. 1697, & Tarteroni interpretis Gallici versione 1689, satis bene illustratus, ac sæpius recusus est. De utroque poeta porro promeriti sunt Hetruscus interpres, Comes Camillus Sylvester Rhodiginus 1712, & qui varias etiam lectt. collegit Mich. Maittaire 1716; tum 1723 Th. Marshall, & 1747 suo modo Steph. Andr. Philippe Gallus, ut ceteros taceamus. Persio inprimis, quem jam an. 1664 Dav. Wedderburnus in gratiam juventutis illustraverat, & 1690 Henr. Scalesius commentario ingenti obruerat, contigit nostra ætate 1765, ut etiam cum variis lectt. Codicis Ebneriani, cura Ge. Frid. Sebaldi, ære incisus prodiret Norimbergæ, tum ut cum novis versf. Gallicis, vel profariis vel metricis, notisque illustraretur 1765 a Jo. Rud. Sinnero, Bernate, 1771—1776 a Carron de Gibert & Monnierio du Saulx, (qui & Juvenalem vertit) Selis, & Taillade d'Herbilliers. Ceteros interpretes vid. infra.

1648. Schreveliana I, Lugd. B. D. Junii Juvenalis & A. Persii Fl. Satyræ cum vet. Scholiastæ & variorum commentariis, accurante Corn. Schrevelio. Lugd. B. ap. Franc. Hackium. Schrevelius in præf. nitidissimum & correctissimum textum se dare, ait, inspectas esse sibi varias accuratissimasque editiones, collata inter se exemplaria, sed præ ceteris sibi arrisisse Rob. Stephani & Pithæi editiones. usum esse quoque duobus MSS. a Cl. Salmasio suppeditatis: qui etiam sibi veterem interpretem propria manu multis in locis emendatum ultro obtulerit, quas etiam castigationes sit secutus: sæpius præterea in difficilioribus consultum a se Salmasium, cui uni, si quid nominis ac famæ mereatur sua editio, deberi vult.
1650. Amst. 12. Juvenalis & Persius c. annott. Farnabii, typis Jo. Blæu, sumptibus societatis.
1651. Amster. 8 min. f. 16 maj. Juvenalis & Persius ex doctt. virorum emendatione, ap. Lud. Elzevirium.
1658. Schreveliana II, Lugd. B. Juvenalis & Persii Satyræ

- c. vet. Scholiastæ & varr. commentariis accurante  
Corn. Schrevelio. Repetita ex ed. 1648.
- *Parif.* 8. Perſius lat. & gall. avec des remarques par  
le Sr. Gefrier.
- 1664 *Amſtel.* 12. *Elzevir.* Perſius c. commentario Dav.  
*Wedderburni* Scoti, Abredonenſis, edente poſt fra-  
tris mortem Alex. *Wedderburno.*
- 1668 *Amſtel.* 12.
- 1670 *Amſtel.* 12. ap. Boomios: Juvenalis & Perſius cum  
annott. *Farnabii*, qua ed. uſus eſt Henninius.
- 1671 *Amſter.* 16. D. Jun. Juven. & A. Perſii Fl. Satyræ  
ex doct. viſorum emendatione. Amſterodami, typis  
Danielis *Elzevirii*, ſumptibus Societatis; 1671. (Ad  
calcem, p. 118. adjecta legitur *Sulpiciæ* Satyra.)
- *Parif.* 8. Juvenalis & Perſius c. n. varr. & Mich.  
*Marolleſſi*, c. ejuſd. verſ. Gallica. Lutetiæ.
- 1681 *Parif.* 8. Juvenalis & Perſius latine cum verſione  
gallica *Valterii* (de la Valterie.)
- 1683 *Hagæ Com.* 12. Juvenalis & Perſius c. n. Tho. *Farnabii*.
- 1684 *Parif.* in uſum Delphini, 4. D. Junii Juvenalis &  
A. Perſii Flacci Satyræ. Interpretatione ac. notis il-  
luſtravit Ludovicus *Præteus*. In uſum Delph. Pari-  
ſiis, e typ. Fred. Leonard.
- *Schrevelio* — *Græviana*, J. H. Wetſtenii. *Amſtel.* 8. Per-  
ſius & Juvenalis c. n. varr. (in quibus etiam ſunt  
*Grævianæ* & ad textum & ad ſcholia, ab Henninio  
in ſuam Juven. ed. mox translata.) Præſtat igitur  
hæc editio prioribus *Schrevelianis*, & omnium ver-  
borum indice aucta eſt. Sed vetus Scholiaſtes *Pi-  
thæi* non integer eſt, & *Pithæi* annott. neglectæ  
ſunt.
- *Schreveliana.* *Amſtel.* 8.
- 1685 *Turonibus*, 12. Juvenalis Satyræ omni obſcœnitate  
expurgatæ. *Turonibus*, Phil. *Maſſon.* vid. *Catal. de  
la Bibl. du Roi. Bell. Lettr. T. I, p. 419.* Ab hac  
ed. ortæ ſunt *Juvenii* editi.
- *Ultrajeſti*, 4. D. Junii Juvenalis Satyræ, ſcholiis  
veterum & fere omnium eruditorum, qui ex pro-  
feſſo in eas ſcripſerunt, commentariis tam antea  
vulgatis; quam novis; partim integris, ut *Iſ. Gran-*

gai, Jo. *Britannici*, Nic. *Rigaltii*, Pet. *Pithæi* & aliorum; partim selectis, ut G. *Vallæ*, Eilh. *Lubini* &c. partim etiam conquisitis, ut If. *Vossii*, Oct. *Ferrarii*, Cl. *Salmasii*, J. G. *Grævii* aliorumque, nec non animadversis Th. J. *Almelovenii*, illustratæ: accesserunt eorundem VV. cl. ad scholia veterum notæ; quibus subjicitur index omnium in Satyris hinc vocabulorum. — Omnia sigillatim recensuit, concinnavit, & sua illis spicilegia adjecit Henricus Christianus *Henninius*. Ultrajecti, Rud. a Zyll, 1685. — *Henninius* hist. & eloq. in Acad. Duisburg. Prof. (qui diem obiit 1706 & decessor fuit Henr. Mascampii) præfationi de consilio edendi subjunxit prolegomena 1) vitam Juvenalis veterem ex Cod. *Vossii* auctiorem c. n. *Pithæi* & suis; 2) elogia, testimonia & judicia de Juv. 3) Nic. *Rigaltii* Diss. de Satyra Juvenalis; 4.) Indicem Codd. MSS. editionum (quarum tamen nullam ipse contulit nisi R. *Stephani* I & *Grangæi*, collationes ex R. *Steph.* II submisit *Almelovenius*) versionum; & varias lectt. notabiliore ex Codd. MSS. vel editis sibi missas vel sumtas, vix trium pagg. Textum Schrevelianum & poetæ & scholiorum veterum expressit, scholia vetera primum, tum If. *Grangæi* comm. textui Satyrarum subjecit, in quarum singularum fronte posuit versiculos illos singulares, qui in MSS. pro argumento reperiuntur cum Synopsis *Grangæi*. Seorsim deinde comparent Jo. *Britannici* commentarius & *Ollii* Sec. *Curionis* Scholia cum excerptis enarrationibus Ge. *Merulæ*; hinc notæ & castigationes Th. *Pulmanni*, P. *Pithæi*, Nic. *Rigaltii*; Commentarii Dom. *Calderini*, & selecta ex quæst. Ang. *Sabini* super Juvenale, ex Ge. *Vallæ*, Ant. *Mancinelli*, Jod. *Badii Ascensii* comm. scholiisque Adr. *Turnebi*, Eilh. *Lubini*, Bernh. *Autumni* & Th. *Farnabii*. Has Obsf. excipit Cento variorum s. Sylloge notarum e scriptis utriusque *Vossii*, Jo. *Scaligeri*, *Salmasii*, *Grævii*, Oct. *Ferrarii*, *Barthii*, *Bocharti*, *Claverii*, Lud. *d'Orleans*, J. A. *Gonsalii* de *Salis*, *Scioppii*, *Rytgerfii*, J. Fr. *Gronovii*, N. *Heinsii*, Ez. *Spanhemii*, Ph. *Rubenii* & aliorum excerptarum. deinde Th.

- Jac. *Ouzelii*, Janf. *Almelovenii* animadversa ad Juvenal. & ipsius *Henninii*. Spicilegia insequuntur cum populo notarum ad vet. scholia &c. denique finem facit index omnium vocabb. ad hanc ed. accommodatus.
- 1689 *Parif.* 12. Persius & Juvenalis cum gallica versione profaria *Tarteroni* S. J. — Is vero ad exemplum ed. Colon. 1610. 8. ad Pratei, Rodelli & Jos. Juvencii, loca obscœna prætermisit; propter quam fœditatem Cæsar *Scaliger* L. III, 98 Poetices ait, se vel jubere vel optare, toto opere abstinere virum probum; cf. & Octavium Ferrarium Elect. II, 14.
- 1690 *Neapoli.* Persius cum Comm. Henr. *Scalefii*, Ord. Fr. pecc. 3 voll. quæ singula constant 500 pagg. Quæ ed. nobis non cognita, nisi ex J. Rud. *Sinneri* præf. Persii sui ed. 1765.
- 1691 *Londini*, 8. Juvenalis & Persius ex ed. Lud. *Pratei* in usum Delphini recusus.
- 1695 *Lugd. Bat.* 4. ap. Petrum *van der Aa*, qui Juvenalem Henninianum a. 1685 editum novo titulo conjunxit Persio Casauboniano ex ed. Lond. 1647 nunc recens recuso; cf. Lengnichii *Beitræge zur Kenntnifs feltener &c. Bücher*, 2 Theil. p. 134 — 141.
- *Amst.* 12. Persius & Juvenalis c. vers. *Tarteroni*.
- 1697 *Rothomagi*, 12. Juvenalis & Persius cum interpr. ac notis Jos. *Juvencii* S. J. Juvencius de consilio suo ipse inquit: Qui commentarios & notas in Juvenalem ediderunt; alii, quia breviores, ideo obscuro; alii, quia prolixiores, obtundunt potius quam juvant; alii denique fœdos quosdam locos illustrare contendunt, quos obscurare ac premere debuerant. hæc tria fugere diligenter studuimus.
- 1699 *Londini*, 8. Juvenalis & Persius ex ed. Lud. *Pratei* in usum Delphini recusus.
- (f. a.) *Amstel.* 16. ap. Henr. *Westenium*. Juvenalis & Persius ex doct. virorum emendatione. Imitatur quidem Elzevirianam, sed & subinde ab ejus lectione differt.
- 1702 *Roterod.* 12. Juvenalis & Persius c. n. Th. *Farnabii*.
- 1706 *Amst.* 8. lat. cum gallica vers. *Nobilii* (*le Noble*.)
- *Parif.* 12. Persius & Juvenalis cum profaria paraphrasi *Tarteroni*.

DE PERSIO ET JUVENALI. XLIII

- 1708 *Londini*, 8. Juvenalis & Persius ex ed. Lud. Pratei in usum Delph. recusus.
- 1709 *Rotomagi*, ap. Lallemant. 12. Juvenalis & Persii Satyræ, commentariis Jos. *Juvenicy* illustratæ: cum appendice de Diis & heroibus poeticis: editio nova, auctior & emendatior.
- 1712 *Patavia*, 4. Juven. & Persius cum metaphrasi Hetrusca, e regione; & adjunctis notis eruditis Comitis *Camilli Sylvestris* Rhodigipi.
- 1713 *Londini*, fol. in Mich. Maittarii collectione: Opera & fragmenta vett. poet. lat. Persius in vol. II, p. 884-889. Juvenal. l. c. p. 1142 — 1166. Sulpiciæ Sat. p. 1167.
- 1715 *Paris*. 12 maj. Juvenalis & Persius c. Comm. *Juvenicy* &c. ex ed. 1709.
- 1716 *Lond.* 12. J. Tonson. Juvenalis & Persius ex rec. Mich. *Maittaire*. præfixæ sunt variæ lectt. editionum quarundam antiquiorum, quæ annum 1500 antecessere.
- 1723 *Londini*, 8. Persius & Juvenalis ex edit. Th. *Marshall*.
- 1725 *Rostochii*, 8. Persii Satyr. c. vers. germ. profaria M. Joh. Benj. *Dragheim*.
- 1729 *Paris*. 8. Persius & Juvenalis cum vers. gall. *Tarteroni*, nova ed. aucta argg. Satyr.
- 1735 *Amsl.* 12. ap. Waesberge, Wetstenium & Smith. Juvenalis & Persius.
- 1737 *Paris*. 12. Persius & Juvenalis lat. cum vers. *Tarteroni*.  
~~—~~ *Mediolani*, 4. Persius c. vers. Italica Ant. Mariæ *Salvini*, in Corp. omnium vet. poet. lat. Mediol. T. XVI.
- 1738 *Lips.* 8. Persius c. vers. Germ. poetica Jo. Dan. *Heydii*. Quæ quidem interpretatio satis est fusa.
- 1739 *Mediol.* 4. Juvenalis Satyræ c. vers. Ital. & notis *Camilli Silvestris*. in Corp. omnium vett. poet. Lat. cum eorundem Ital. versione. T. XXVIII.
- 1742 *Gattingæ*, 12. Juvenalis & Persius.
- 1744 *Londin.* 12. Juvenalis & Persius typis J. *Brindley*.
- 1747 *Paris*. Grangé. 12. Juvenalis & Persius ex recogn. Steph. Andr. *Philippe*.
- 1749 *Berolin.* 8. Juvenalis & Persius cum Chrestomathia J. P. *Milleri*.
- 1750 *Glasguz*, 8. Juvenalis & Persius.
- 1752 *Paris*. 12. Persius & Juvenalis c. vers. *Tarteroni*.

XLIV NOTITIA LITERARIA

- 1754 *Parif.* 8. typis Jo. *Barbou*. Juvenalis & Persius ex recogn. St. A. *Philippe*.
- 1763 *Cantabrigia*, 8. Juvenalis & Persius. editio nitidissima.
- 1765 *Norimbergæ*, 4. A. Persii Satyras sex ad fidem optimarum editionum una cum variis lectionibus codicis Ebneriani edidit Georg. Frid. *Sebaldus*, tabulifque æneis incidit Jo. Mich. *Schmidius*, sumtibus b. Balth. Schmidij hæredum.
- *Bernæ*, 8. Les Satyres de Pesse. A Berne chez B. L. *Walthard*, 1765. — Auli Persii Flacci Satyræ. *Bernæ*, ex officina hered. *Wagneri*, 1765. Sumpt. B. L. *Walthardi*. Duplicem hunc titulum excipit præfatio editoris (Jo. Rud. *Sinneri*, Bibliothecarii tum *Bernensis*, ab an. 1776 Advocati provinc. in *Erlach*) in qua se præcipue ex *Theod. Marcilii* & *If. Casauboni* Comm. profecisse, *Tarteroni* vers. gall. ut ut sæptus a sensu poetæ aberrare sibi visam, & *Drydenii* vers. Anglicam, quæ magis ingenium interpretis, quam Persii redoleat, consuluisse, tandem vitam Persii (vetusto auctore a *Pithæo* editam) ad regulas artis criticæ emendasse, profitetur. (Videmus autem, jam olim vitam istam in fine a *Dan. Eremita* melius ordinatam conspirare cum emendatione *Sinneriana*.) Cujusque dein Satyræ fronti scite appictum est emblema; textui latino e regione est versio Gall. profaria. Dein vita Persii sequitur c. vers. tum a pag. 81 explicatio emblematum, VI Satyris & titulo libri Latino appictorum ex antiquitate; tandem a pag. 91 ad 184 notæ in Satyras Gallice satis eleganter scriptæ.
- 1771 *Parif.* 8. *Jombert*. *Juven. & Persius* lat. cum vers. Gallica profaria & notis *Monnierii* (*Abbé de Monnier*;) Fida præ ceteris hæc versio habetur. Vide infra vers. Gall.
- 1772 *Parif.* 8. *Juv. & Persius* lat. cum vers. poetica & profaria Gallica auctore *Du Saulx*. Vid. infra vers. gall.
- 1775 *Parif.* 8. *Persius* c. vers. poet. Gallica *Seliffi*. Vide infra versf. Gall.
- *Berolin. & Lips.* 8. min. *Persius* c. vers. Germ. (quæ quidem interpretatio fusa est.
- 1776 *Parif.* *Nyon.* 8. *Persius* c. vers. Gall. duplici, altera



## DE PERSIO ET JUVENALI. XLV

profaria e regione textus Latini, altera poetica; (cui & versio metrica Sat. 1, 2 & 15 Juvenalis subjun-cta) auctore *Taillade d'Hervilliers*. Vid. infra versf. Gall. Persii.

1780 *Norimbergæ*, ex offic. *Riegel*. 12. Juvenalis Satyræ ex recensione *Henninii*; & Persii Satyræ ex rec. *Casau-boni*. (Sed textum *Henninius* a *Schrevelio* mutua-tus est, quod ipse fatetur.)

— *Manhemii*, 8 min. Juven. Persius, & Sulpiciæ Sa-tyra. Eisdem textus sequitur.

1783 *Parif.* *Fournier*. 8.

---

*Hadriani Valesii* & *Jo. Burdelotii* notas ad Juvenalem & Persium in lucem prodituras Parisiis scripsit *Jacobus Bernar-dus* in novellis Reip. literariæ a. 1700. T. I, p. 357. In *Obs. Miscell. Dorvill.* Vol. V, IX, X. reperiuntur observa-tiones criticæ in Juvenalem & ejus Scholiasten. *Scholiasten veterem* ineditum in Juvenalem, quem *Mediolani* servat *Bibliotheca Ambrosiana*, laudat *Octavius Ferrarius* lib. 2. de re vestiaria cap. 1. *Guntheri Henrici Plathneri*, *Barthio* olim probati, lectionum Juvenalium libri V inediti sunt in *Bibl. Gothana*. *Hafniæ* novam Juvenalis editionem ad MSS. castigatam cum notis parabat *D. Christianus Reitzer*. *Is Casauboni* notæ, qui a. 1591 tribus MSS. a *Dionysio Gotho-fredo* suppeditis usus (vid. *Epist.* 112. edit. *Grævianæ*) Ju-venalem similiter uti Persium illustrare voluit, *Casparis* item *Barthii* laudatæ *Dasmio* p. 52. *Epist.* ad *Reines.* & *Jani Douſæ* in Juvenalem præcidanea, non viderunt lu-cem. Juvenalem a *Jac. Thomasio* collatum cum MS. Cod. & veteri editione, memorant auctores *Ephemeridum lite-rariarum*, quæ Germanice editæ sunt *Lipsiæ* 1710, p. 603. Alios, qui in Juvenale edendo laborarunt, dabit *Henni-nius* in capite editionis suæ. *Servo* & ipse varias lectiones ex *Codd. Gudianis* descriptas ad editionem *Schrevelianam*, & observationes quasdam *Frid. Brummeri* *Lipsiensis*, ele-gante ipsius manu appositas in margine.

---

## VERSIONES.

## GALLICÆ.

- 1514 h. a. Persium Gallica metaphrasi donavit Abel. *Fou-  
lonius*; Paris. vid. Fabric.
- 1586 Persius ex vers. Gallic. G. *Durandi*, 8. c. textu Lat.  
vid. ed. ad. h. a.
- 1607 Les Satires de Perse & de Juvenal, traduites en  
François, avec des annotations, par A. *du Chesne*.  
A Paris. 8.
- 1653 Les Satires de Perse, traduites, par Mich. *de Ma-  
rolles*. A Paris. 8.
- 1658 Les Satires de Perse, avec le Latin & des remar-  
ques, par le Sr. *Gesfrier*. A Paris. 8.
- 1671 Persius & Juv. c. not. var. cura M. *de Marolles*,  
c. ejusd. versione Gallica. Paris. 8.
- 1681 Les Satires de Juvenal & de Perse, traduites par  
M. *de la Valterie* (c. textu Lat.) 2 Vol. A Paris.
- 1689 Les Satires de Juvenal, traduites par Jérôme *Tarte-  
ron*. A Paris. 12.
- 1690 & 1691 Juvenalis a Const. *Sylvecano* versibus Galli-  
cis redditus, qui & obscuriora loca notis adjectis  
explicavit. Paris. 12. II Vol.
- 1693 Persius, interprete eodem *Sylvecano*, additis notis.  
Paris.
- 1695 Tarteroni versio Juvenalis recusa Amst. 12. c. tex-  
tu Lat. e regione posito.
- 1704 Les Satires de Perse, traduites en vers François,  
par M. *le Noble*, avec le Latin à côté. A Paris. 12.
- 1706 Eadem repetita Amst. 8.
- Traduction des Satires de Perse & de Juvenal;  
par Jérôme *Tarteron*, Jésuite, avec le texte Latin.  
A Paris. 12.
- 1729 Eadem: Nouvelle Edition, augmentée d'Argumens  
à chaque Satire. A Paris, par la Compagnie des  
Libraires. 8.

NOT. LIT. DE PERSIO ET JUV. XLVI

- 1737 Eadem recusa. Paris. 12.
- 1752 Eadem, ibid. c. textu Latino.
- 1765 Les Satires de Perse, avec des Notes. A Berne, chez B. L. Walthard. 8. c. figg. & textu Latino, cujus titulum vide supra.
- 1769 Les Satires de Juvenal, traduites par M. *Dusaulx*. A Paris, chez Lambert. 8.
- 1771 Les Satires de Perse. Traduction nouvelle par M. Carron *le Gibert*.
- Les Satires de Perse, avec le texte Latin à côté, & des notes, par M. l'Abbé *le Monnier*. A Paris, chez Jombert. 8.
- 1772 Les Satires de Perse, traduites en vers & en prose, pour servir de suite à la traduction de Juvenal, par M. *Dusaulx*; avec un discours sur la Satire. A Paris. 8.
- 1775 Les Satires de Perse, traduites en vers François, avec des remarques par M. *Selis*, ancien Professeur de l'Eloquence. A Paris. 8. Idem quoque Persium defendit adversus contemptum interpretis alterius *Dusaulx*, scripta *Dissertation sur Perse*, par M. *Selis*, Prof. des Bell. lettres au College de Louis le Grand; A Paris, chez *Fournier*, 1783. 8.
- 1776 Les Satires de Perse, traduites en vers François; par M. *Taillade d'Hervilliers*. A Paris, chez Nyon. 8. Le texte Latin avec une traduction en prose, précédent la traduction en vers. Versio hæc longe est inferior, quod ad curam fidemque attinet, illa *Monnierii*; neque æque elegans est, ut ista *Selisi*.
- 1782 Les Satires de Juvenal, traduites par M. *Dusaulx*. Edition II & nouvelle, avec un Discours sur les Satiriques Latins, suivi de quelques Réflexions sur l'art de traduire. In qua diss. is Juvenalem suum laudat, Persium culpat, cujus dicta ex *Monnierii* versione, præterito *Selisi*, citat; qui tum vindicias Persii scripsit; de quibus vid. in versf. Gall. ad an. 1775.

G E R M A N I C Æ.

- Germanicam Juvenalis versionem auctore N. *Johnson* memorat Henr. Christ. Henninius in Prolegomenis ad Juvenal. Sect. IV: *Germanica* (exstat versio) *ut puto, auctore quodam Johnsono, qui versu reddidit (Juvenalis Satiras;) mihi pæne puero visa, & nonnihil lecta. Sed memoria fugit, num omnes Satiras verterit, necne. Neque annum memini, neque locum impressionis.*
- 1674 Joh. Sam. *Adami*, Kayf. gekr. Poetens, verdeutschter *Perfius* in sechs Satyren. Dresden. 8.
- 1725 Des Römischen Poeten *Perfii* sechs Satyræ, in die teutsche Sprache übersezet, mit nützlichen Anmerkungen, auch mit den besten Phrasibus und einer accuraten lateinischen Edition versehen von M. Joh. Benj. *Dragheim*. Rostock. 8.
- 1738 A. *Perfii* Satiren. Aus dem Lateinischen übersezet und mit Anmerkungen erläutert. Diefen sind vorgezetz: 1. *Plutarchs* Abhandlung, wie man die Poeten lesen soll; aus dem Griechischen übersezet. 2. Eine Abhandlung von der Satirischen Poesie der Griechen und der Satire der Römer, von Joh. Dan. *Heyden*. Leipzig, bey B. Ch. *Breitkopf*. 8.
- 1768 Versuch einer Uebersetzung der XIII Satyre des *Juvenals*, von *Nüscheler*. Zürich. 8. 1 Bog. *Parum successit opella.*
- 1775 Die Satiren des *Aulus Perfius Flaccus*, sammt einer erklärenden Uebersetzung. Berlin, bey *Georg Jacob Decker*. 8.
- 1777 Die Satiren des *Dec. Jun. Juvenalis*, in einer erklärenden Uebersetzung. Berlin. Leipzig, bey *G. J. Decker*. 8.
- 1781 *Juvenal*, übersezet und mit Anmerkungen für Ungelehrte versehen von *D. C. F. B. (Bahrdt.)* 8.

B E L G I C Æ.

- 1682 *Juv. & Perfii versio Belgica* auctore *Abr. Valentino*; Lugd. Bat. 12. rarior hodie est. vid. *Koenigii præf. Canitzianorum poematum.* p. 45.

## DE PERSIO ET JUVENALI. XLIX

- 1709 Belgico carmine etiam prodiit Juvenalis Harlem. 8. post fingulas quasdam Satiras, ut VIII, XI, XIII, a. 1679. 1695. 1704. editas a sodale societatis literariæ Amstelod. cui symbolum *Nil volentibus arduum*, nec non a Laur. Bake & Petr. Nuits. vid. Bœkfaal van Europe 1695. Jul. & Aug. p. 48. tweemaandelyke uyttreksels 1704. Maj. Jun. p. 539.

### D A N I C Æ.

- 1731 Juvenalis Satiram XIV metaphrasi Danica donavit Christ. Falsterus, addita etiam interpretatione sive paraphrasi Latina, notisque. Hafniæ. 4. vid. Act. Erud. 1733. p. 176. Totum deinde Juvenalem eodem anno, additis etiam notis. vid. Bibl. Germanique T. XXII, p. 184.

### A N G L I C Æ.

- 1616 Persius & Juvenalis, auctore Bartenio *Holyday*. Oxon. 8.  
1644 Juvenalis, interprete Rob. Stapletono. Oxon. fol.  
1660 Eadem versio repetita Londini, fol. cum animadversionibus & iconibus ære descriptis.  
1673 *Holydayi* versio repetita Oxon. fol.  
1697 The Satirs of Juvenalis and Persius, translated by *Dryden*. London. 8.  
... Persius ex metaphrasi præstantissimorum poetarum *Diepneyi*, *Drydenii*, *Creechii* & *Congrevii*, cum notis & diff. de natura, origine & progressu Satiræ. vid. Fabric.

### H I S P A N I C Æ.

- 1515 Decimam Juvenalis Satiram vertit Hieron. de *Villegas*, editam cum fratris Petr. Ferdin. de Villegas versione Dantii, Bûrgis. fol. v. D. Luis Jos.

*Persius & Juvenalis.*

d

## L NOT. LIT. DE PERSIO ET JUV.

- Velazquez Geschichte der Spanischen Dichtkunst, überfetzt von Joh. Andr. Dieze. Gætting. 1769. p. 472.
- 1609 Persius, interprete Didaco *Lopez* Valentino, Burgis. 8. Versionem quoque Barthol. *Melgarzi*, sed ineditam, memorat Nic. Antonius.
- 1642 Juvenalis Hisp. versus a Diego *Lopez*, c. Commentario. Madriti. 4.

## I T A L I C Æ.

- 1480 Juvenalem Italica metaphrasi donavit Georg. *Summa* s. *Summaripa* Veronensis. Tarvisii. fol.
- 1538 Sextam Juvenalis Satiram Italicis versibus reddidit Lud. *Dulcis*. Venet. 8.
- 1576 Le oscurissime Satire di Persio con la chiarissima spositione di Giovanni Antonio *Vallone*. Napoli. 8.
- 1630 Metaphrasin Persii c. Commentariis edidit Francisc. *Stellatus*, Romæ. 4.
- 1692 lucem vidit Juvenalis Frid. *Nornii* Aretini, cujus etiam Latinæ Satiræ sedecim, felici genio ad Juvenalis imitationem elucubratae, exstant.
- 1706 Francisc. *Stellati* metaphrasis Persii repetita Amst. 8.
- 1711 Juvenalem & Persium dedit Camillus *Sylvester* Rhodiginus, Comes, cum metaphrasi sua Hetrusca e regione posita, adjunctis etiam eruditis notis. Pata-vii. 4.
- 1726 Le Satire di A. Persio, tradotte in verso Toscano da Ant. Mar. *Salvini*. In Firenza. 4.
- 1733 Idem in Corp. omnium vett. poett. Mediolanensi. T. XVI.
- 1739 Le Satire di Decimo Giunio Giovenale, tradotte dal Com. Camillo *Sylvestri*. In Corpore omnium vett. poett. Latinorum cum eorundem Italica versione. Mediolan. 4. T. XVIII.

## G R Æ C Æ.

Prologum Persii Græca metaphrasi donavit præter Jos. Scalligerum Dionysius Petavius lib. II, ep. 29.

D E

## SULPICIÆ POETRIÆ

S A T I R A. <sup>1</sup>

**S**ULPICIÆ. <sup>2</sup> Satiram alii aliter inscribere solent. Quidam enim *Satiricon carmen* sive *Eclogam* inscribunt *de edicto Domitiani*, quo philosophos urbe exegit, alii *Satiram de corrupto reipublicæ statu temporibus Domitiani*. Occasionem quidem illius Satiræ scribendæ ipsa auctor versu 35 sq. fuisse profitetur edictum Domitiani philosophis funestum: in eo tamen solo non moratur, & corruptum reipublicæ statum non solum, ut tum erat sub Domitiano, deflet, sed inde & corruptissimum futurum auguratur, siquidem ejectionis philosophiæ cultoribus necesse sit, pacis bellique artes, quibus

<sup>1</sup> Ex Jo. Christ. *Wernsdorffii* Diss. de poetis Lat. Satricis, Elegiacis, Lyricis &c. in ejusd. *Poetis Lat. minoribus*, T. III, p. LX sqq. Altenburg. 1782.

<sup>2</sup> Quæ fuerit Sulpicia, incognitum plane foret, nisi eandem credamus cum Sul-

picia casta poetria & uxore Caleni, a Martiali epigr. L. X, 35 & 38 egregie laudata. Diversa igitur longe est a Sulpicia, femina nobili, Cerinthi conjugæ; vide Tibulli Carm. L. IV, Sulpiciæ & aliorum elegidia.

adhuc Romana res steterit, adeoque ipsas vires & columina reipublicæ, pessum ire. Prudentiam eruditæ feminæ hæc ratio fatis declarat. De vi ejus satirica diversa sunt judiciâ eruditorum. Jul. Cæs. Scaliger in Hypercritico judicat, *in ea multum dexteritatis ad satiricam amarulentiam aspirantis esse; numeros vero, ut in eo genere poematis, non contemnendos.* Contra H. Casaubonus de Satir. poesi lib. II, cap. 3: *Non erraverit judicio meo, qui Satiram id poema nominaverit; eruditionem tamen & probitatem nobilissimæ feminæ ex carmine potius laudes, quam acrimoniam & ad satiricos morsus εὐφύτων. Laceratis enim caret oratio & ἀγώνιστικῶν spiritu.* Ipsa ejus Satira inter Ausoniana carmina primum reperta, ideoque primum cum Ausonio edita est a Thaddæo Ugoletto. Omnino veteres multi necesse est hanc eclogam Ausonio tribuerint, quod inter ejus opuscula repertam non modo Ugoletus, sed Aldus etiam, ac ceteri fere omnes, eum secuti, cum Ausonio ediderunt. Vid. Barthius Advers. XIX, 16, & Jan. Brouckhusius ad Tibull. pag. 384. In eam opinionem adducti videntur, quod existimarent, *Sulpicillam Ausonianam*, quam Fulgentius Mythol. lib. I, præf. pag. 616 edit. Staver. nominat, esse Sulpiciam nostram, ubi tamen alii Bissulam legere malunt. Vid. J. N. Funccius de senescente L. L. p. 246.

Præter Satiram plura carmina Sulpiciam versu Phalæco, jambo & scazonte scripsisse, ipsa fateatur versu 4 sqq. In quibus præcipue fuisse viden-



tur ea, quibus amores suos & Caleni mariti celebravit, testantibus Martiali lib. X, Epigr. 35 & 38, & Sidonio Apollin. Carm. IX, v. 262. Ex his superest fragmentum, quod commentator Juvenalis ad Sat. VI, v. 536 servavit. Plura de Sulpicia legi possunt ap. Lil. Gyraldum Dial. IV de poetarum historia, col. 248, & Voffium de poet. Lat. c. III, p. 47.

EDITIONES.

- SULPICIÆ poetriæ Satira sive Ecloga de edicto Domitiani, quo philosophos Urbe exegit, primum ex MS. edita est
- 1499 I. 1500, 4. *Venetis* a *Thadæo Ugoletto* in ejus *Aufonio*.  
 1509 *Argentina*, 4. ex rec. "Georgii Merulæ, cum Greg. Tiphernatis & aliorum carminibus.  
 1517 8. in *Aldina* *Aufonii*.  
 1580 *Burdigalæ*, 4. in ed. *Aufonii Vinetiana*; unde etiã in posteris *Burdigalensibus* repetita est.  
 1585 8. *Persio* & *Juvenali* ex ed. *Pithœi* subjicitur, sed sine notis.  
 1590 8. in *Persii* & *Juv. Pithœani* *Commeliniana*.  
 ——— 12. in *Collectione Pithœana: Poemata minora* &c. c. n. *P. Pithœi*.  
 1613 & 1616 *Paris*. 12. in *Rigaltina* ed. *Aufonii*.  
 1629 *Francof.* 4. *Jani Douſæ* patris schediasma ad *Sulpicie Satiram* in *Comm. Varr. ad Petronium Lotichii*.  
 1633 *Lugd. Bat.* 8. cum *M. Zuerii Boxhornii* prælect. & *Jani Douſæ* & *Casp. Barthii* notis, in *Boxhornii* poet. satir. min. de corrupto Reip. statu.  
 1648 8. in *Persii* & *Juv. ed. Schreveliana* c. n. *P. Pithœi* & sqq. *Schrevelianis*.  
 1669 & 1687 8. c. *Comm. Jani Douſæ* patris in *Petronio Mich. Hadrianidæ*.  
 1713 *Londini*, fol. in *Maittariana* *Collectionis, Opera* &

## LIV NOT. LIT. DE SULPICIA POETRIA.

- fragmenta veterum poetarum complectentis*, Vol. II, p. 1167.
- 1731 *Lugd. Bat.* 4. in poetis Lat. minoribus P. Burmanni T. II, p. 408, cum ipsius & aliorum notis.
- 1778 *Venetis*, 8. c. Persio, Italicis versibus reddita & variis annotationibus illustrata, auctore Marc. Aurel. Sorano Patricio Veneto. Is vero nihil novæ opis præstitit Sulpiciæ, sed paratis priorum interpretum copiis usus est. vid. *Ephemerid. liter. Gœtting.* an. 1779. p. 830.
- 1782 *Altenburgi*, 8. in poetis Lat. minoribus c. Jo. Chr. Wernsdorf. p. 83 — 95.

& in plurimis Persii & Juv. edd. nonnullis etiam Petronii.

Sigillatim animadversiones in Sulpiciæ Satiram scripsit Barthius *Advers.* lib. XXVIII, cap. 13, & lib. LIX, cap. ult. unde multa hausit Boxhornius. Similiter in *Observat. Miscell.* Vol. VI, T. II, p. 353, quidam C. H. A. animadversiones in hanc Satiram satis amplas publicavit. Denique Burmanni & aliorum operis symbolam adjecit Jo. Bouherius in epistola ad P. Burmannum, quæ inserta est *Observ. Miscellaneis*, Vol. VII, T. II, p. 254.

---

DE

# C. LUCILIO

## SATIROGRAPHO.

---

**C.** LUCILIUS Sueffanus Auruncanus, Eques Romanus, magnus avunculus Magni Pompeji; decessit anno ætatis 46. Itaque *senex* dicitur Horatio, pro veteri. *Primus* Lucilius *condidit fili nasum*, ut ait Plinius præf. h. e. Satiras scripsit. Hinc apud Martialem XII, 69. *Lucilius esse laboras*, i. e. vis Satiras componere. Ausonius ad Tetradium Satirarum scriptorem Epist. 15. *Rudes Camænas qui Sueffæ prævenis, avoque cedis non stilo*. Solitum verba in versibus suis audacius disjungere ac discerpere, ut *cere comminuit brum*, perstringit Eugenius Toletanus carm. 23, T. XII. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 348.

### EDITIONES.

1564 Fragmenta poetarum veterum Latinorum, quorum opera non exstant: Ennii, Accii, *Lucilii*, Laberii, Pacuvii, Afranii, Nævii, Cæcili, aliorumque multorum: undique a Rob. *Stephano* summa diligentia olim congesta: nunc autem ab Henrico *Stephano* ejus filio digesta, & priscaurum quæ in illis sunt

vocum expositione illustrata : additis etiam alicubi versibus Græcis quos interpretantur. Hæc in gratiam studiosorum carminis : propediem autem & amatoribus orationis solutæ in simili labore (Deo favente) gratificabimur. Anno M. D. LXIV. Excudebat Henr. Stephanus, illustris viri Huldrici Fuggeri typographus. 8. Præter auctores in titulo nominatos multo plurium poetarum Lat. fragmenta a Steph. collecta continet hæc editio, quorum tabula in ejus fine subjecta est, & legitur etiam apud Fabricium B. L. diligentia Jo. Aug. Ernesti auctioris T. III, p. 231, § III. — Ejus exemplum, manu Dionys. & Jac. Gothofredi emendatum & suppletum exstat in Bibl. publica Senatus Lipsiensis. Aliud cum emendationibus MSS. Jani Doufa possidebat cel. Perizonius, qui legavit Bibliothecæ publicæ Leidensi.

1597

*Lugd. Bat.* 4. ex offic. Plantiniana Franc. Raphelengii. C. Lucilii Sueffani Auruncani Satyrographorum Principis, Eq. Rom. (qui magnus avunculus Magno Pompejo fuit) Satyrarum quæ supersunt reliquæ. Franc. Jani F. Doufa collegit, disposuit, & notas addidit. (Exempla quædam in titulo præferunt *Editio secunda* Amst. 1664. sed non nisi titulum recusum habent.) Franc. Doufa post Stephanos Lucilii fragmenta diligentius collegit, meliusque digessit. Textui subjecit Grammaticorum interpretationes, quarum occasione fragm. ab iis sunt producta. Præter Centones Lucilianos addidit etiam libellum singularem notarum a se conscriptarum, in quibus multa Lucilii loca egregie illustrantur. Ejus editionem & nos secuti sumus. 2

1735

*Patavii*, 8. recusa est Doufa editio.

1743

*Lugd. B.* 8. Censorinus — ut & C. Lucilii Satirarum reliquæ. recensetur in Actis erudd. T. III, p. 63 sqq.

Præterea in Corp. Poet. lat. Genevensi 1603, 1611 & 1627 edita sunt Lucilii fragm.

& quædam Daniel Heinsius suo subjunxit Horatio.

Non pauca Luciliana emendant atque illustrant Janus Guilelmus lib. 2 Verisimilium c. 1. 2. 6. 7. 10. Janus Rut-

gerfius Venusinar. lectionum c. 15. & Justus Rycquius in Centuria nova Epiftolarum, Epiftola fexta ad Ludovicum Saregum, Lovan. 1615. 8. Fragmenta Lucilii collegerat & *Josephus Ifæus*, Romæ, ut tradit Paulus Colomesius ad Gyraldi Dialogum IV. de poetis pag. 193. Num *vitam Scipionis Africani majoris* fcripferit Lucilius, difquirentem vide Bælium in Lexico, qui recte notat, poetæ hujus fragmenta, poft Doufæ laborem etiamnum indigere, ut ab alio quodam viro docto plus lucis accipiant. Librum de vita & fcriptis Livii Andronici, Nævii p. 8. Ennii p. 14. Cæcilii Statii p. 13. Pacuvii p. 36. Attii p. 41. Attilii p. 46. *Lucilii* p. 48. & Afranii p. 56. & M. Porcii Catonis p. 59—110. edidit Cafpar Sagittarius, Altenburg. 1672. 8.



## ARGUMENTA SATIRARUM.

## P E R S I I.

## P R O L O G U S.

*Poetas, sola fame atque lucri studio ad carmina pangenda incitatos, & commercium cum Musis tamen, nescio quod, jaflitantes, lepide irridet, istorumque hominum exemplo sese etiam, semipaganum scilicet, afferre carmen quoddam voluisse simulat.*

## S A T I R A I.

*Perfium, Satiras jam scribere aggressum, amicus dimovere a proposito conatur; ille vero Satira omnino digna esse monstrat, quæ in Urbe a quam plurimis agantur. Itaque hos primum carpit omnes, qui Musarum sacris male abutuntur; deinde vero vanam ostentationem, atque imperitiam scribentium; in quibus Nero simul est intelligendus, obsoleta item verba, & infractos orationis numeros, sed cum maxime Sotadicam poësin, libere perstringit, & monente iterum amico, quanto cum periculo hæc talia dicantur, ad extremum, quibus ipse scribat, & a quibus sua legi velit carmina, declarat.*

## S A T I R A I I.

*Plotium Macrinum, familiarem suum, laudat, quod in votis nuncupandis sapientius se gerat, quam plerique sueverint, utpote qui partim res omnino impias a Diis, partim vero frivolas, ipsisque etiam petentibus non profuturas, rogitant. Atque ut hos graviter & merito castigat: ita eos quoque reprehendit, qui se auro & muneribus propitiare Deos posse opinantur; cum hi tamen castam atque puram mentem potius, quam magnitudinem impensæ, in orante, aut sacrificante spectent.*

SATIRA III.

*In hac Satira Stoici philosophi personam sustinet poeta noster, atque juvenes Romanos, nobiles praesertim, divitesque, partim ob desidiam, & optimarum artium contentum, graviter objurgat, partim vero ad philosophiae studia, severa lege capeffenda, mira & dexteritate, & contentione, excitat. Cumque multi Romae essent, qui philosophiae operam navantes deriderent, istos quidem homines non pluris esse faciendos monet, quam agrotum, qui medelam afferentem medicum extrudat.*

SATIRA IV.

*Satirico Neronem sale Persius jam quidem defricat, quod artium politicarum imperitus, ac libidine infamis, reipublicae habenas moderari aufit; quamquam molliter, nec plenis vells, in flagitiosum principem invehitur. Totum argumentum ex Platonis Alcibiade priore est petatum, ut, si quod ex carmine periculum exoriretur, vel defendi factum, vel utcumque exersari posset.*

SATIRA V.

*Hac Satira amorem atque pietatem suam erga praecceptorem bene meritum, Annæum Cornutum, Persius declarat, laudibusque ejus studiose enarratis juvenes hortatur, ut severiore hujus viri disciplina ocius & mentem & ingenium firmare suum al-laborent. Sed cum nescius non esset, quanam isti soleant causari, noster primum quidem molliter desidiam eorum increpat, tum vero Stoicorum illud, solum sapientem esse liberum, tueri atque comprobare nititur.*

SATIRA VI.

*De legitimo divitiarum usu differit, eosque admodum festive & sollerter insectatur, qui avare sordideque vivunt, ut heredem divitem efficiant, qui corrasas opes postmodum dilapidare possit.*

---

## J U V E N A L I S.

## S A T I R A I.

Prima docet Satiræ causam, formamque libelli.

*Offensus pervulgata carminum malorum recitatione Juvenalis, vicem istis quidem se poetis redditurum profitetur, cumque Romanorum tot ac tantas esse sordes & flagitia videret, ut difficile omnino esset, Satiram non scribere, hoc quidem deligit scribendi genus, ratus, si natura neget, fore, indignatio ut versum faciat. Ceterum cum minime consultum videretur, vivos vellere, fato jam defunctos stili sui acie potissimum persequitur, sed ita tamen, ut vivos simul callide & caute moneat.*

## S A T I R A I I.

Arguitur Satira probitas simulata secunda.

*Hac Satira poeta noster in philosophos invehitur, qui virtutem se laudant quidem, pluribusque verbis profitentur, vita autem sua dogmatum suorum vim & sanctitatem ipsimet destruere non erubescunt, Curiosque simulantes bacchanalia audacter vivunt. Mox & Cæsarem perstringit, qui, incestis nuptiis edito condemnatis, ipse quam turpissimo incestu se polluerat. Tum ad iudices delatus, habitum illorum mollem, & nil quidquam verecundiæ habentem, strenue exagitat, eosque & femineas mox induturos esse vestes conjicit. Ad extremum nobiles Romanos arguit, qui dote data invicem nubebant, atque alia palam committere flagitia non verebantur. Causam vero horum scelerum hanc non obscure refert, quod Romæ nemo amplius divini numinis vindictam reformidet, nemo apud inferos supplicia futura credat.*



## S A T I R A III.

Effugit Umbritius diversa pericula vitans.

*Umbritium inducit Juvenalis, Cumas demigrantem, eo quod in urbe Roma scelerati dominantur, & astrologi, sortilegi, una cum aliis ejusdem notæ hominibus dutescant, præsertim vero Græculi adulatores, joco scilicet fortunæ, ex humiliori sorte ad fastigia præclara extollantur: cum contra honestis artibus nullus sit ibidem locus, earumque professores, tanquam homines ridiculi, honore & emolumento quovis careant. Post hæc varia urbanæ vitæ non incommoda tantum, sed etiam pericula enumerat, veluti frequentes tectorum lapsus, crebra incendia, juvenum procacium insignem petulantiam, & grassatorum infinitam pæne multitudinem, qui media in urbe pauperes adoriuntur, & pugnis concidunt, vel ferro etiam utuntur, atque unumquemque impune spoliant.*

## S A T I R A IV.

Vitam Crispinus laudat ventremque Neronis.

*Crispinum, gulæ & libidinis immane monstrum, denuo ad partes vocat, & quod mullum millibus sex nummum emerat, eximie perstringit. Deinde etiam Domitianum sub nomine Neronis Calvi insectatur, ejusque senatusconsultum super rhombo, pisce portentosæ magnitudinis, coquendo factum, multis salibus admixtis refert, atque ipsa senatorum nomina exponit, qui, cum diu tanquam de re magna invicem deliberassent, num is integer, an in partes concisus apponendus videretur, tandem in judicio Montani acquiescunt, qui omnino prius illud faciendum miro rationum robore persuasit. Itaque & figuli vocantur, ut una cum comætu reliquo imperatoris castra illico sequantur, patinamque magnitudini istius piscis respondentem faciant.*

## S A T I R A V.

Quot mala sustineat parasitica vita, notato.

*Cum ventre, bene instituto, nihil sit frugalius, Trebio poeta*

*noster luculentius ostendit, quam non turpes modo, sed & vere miseri sint isti, qui, ut quadra aliena vivant, divitum sectantur mensas, ibidemque semet indignissimis tractari modis patiuntur. Sed ut parasitos quidem istos ignominia non ea tantum, verum etiam majori dignos arbitratur; sic patronos pariter castigat, qui famelicos clientes suos non ob aliud invitant, quam ut eos acrius vexare & ludibrio habere possint.*

## S A T I R A V I.

Sexta hæc infidas mulieres monstrat abunde.

*Putat Juvénalis noster, Pudicitiam, si forte seculo Saturni inter homines aliquamdiu commorata fuerit, haud tamen multo post ad superos e terris revertisse; neque adeo pro sanis & prudentibus habendos, qui recentiori ævo animum ad matrimonia appellant. Itaque, ne extra fidem ista videantur, mirum est, quam longa serie mulierum, quæ Romæ tunc vixerunt, levitatem, lasciviam, libidinem, petulantiam, procacitatem, superbiam, affectatam Græcæ doctrinæ ostentationem, tyrannidem, luxuriam, turpitudinem, prodigalitatem, superstitionem, veneficia, & nescio, quæ alia horrenda vitia objurget.*

## S A T I R A V I I.

Mendicant artes, sic Roma coegit avara.

*Literatorum sui temporis conditionem ægre fert poeta noster, Cesareque obiter laudato, proceres flagellat, qui ingenia præclara admirari quidem & laudare, sed ad famem ac inopiam eorum depellendam nihil opis vel stipendii conferre sueverant. Ita quidem poetarum vicem plane dolet, sed & insimul historicos, causidicos, rhetores, sophistas, & potissimum grammaticos habere profitetur, quare ipsos vanæ steriliisque suæ cathedræ paniteat.*

## S A T I R A V I I I.

Nobilitas propria est virtus, non acta parentum.

*Nobiles castigat, stemmatis prerogativa unice confisos, & majoribus superbientes suis; etiamsi præter nomen, & imagines fumosas nihil generosi ostentare queant. Atque ut errorem istum penitus excutiat, Virtutem unicam nobilitatem esse monstrat, neque alios proinde nobiles agnoscit, quam qui ipsimet præclara faciant; sicuti nec canes pigri, atque scabie vetusta læves, pardis & leonibus annumerari solent, etsi forsan isti nomina pardorum aut leonum gerant. Ceterum ut nominis, sic quoque sanguinis eandem esse rationem docet, cum & equi, velocissimis parentibus prognati, si segnipedes existant, proctenus pusillo pretio vendantur, nulla habita majorum ratione. Tum exempla etiam nobilium ostendit, qui ob vitia turpissimi habentur, & plebejos denique non paucos refert, quorum virtus, armis & ingenio probata, sic exsplenduit, ut per omne nobilissimi censeantur, debeantque.*

## S A T I R A I X.

Turpia qui tolerant nona carpuntur iniqui.

*Atrox crimen, & quod dicere vix audent castiores, in Romanis suis vehementius perstringit Juvenalis; quem propterea non parum amaremus, si modo & ipse, dum has scditates calcet, a spurcitiæ sermonis sibi temperasset.*

## S A T I R A X.

Arguit hæc Satira & curas & inania vota.

*Hæc Satira inane istud ac damnosum, quod in plerorumque votis inest, explicatius ostendit Juvenalis, ac tam paucos esse indi-*

gnatur, qui, quid vere bonum sit, quid item boni speciem tantummodo præ sese ferat, paululum prudentius dignoscant. Ecquid enim homines ardentius optare solent, quam ut divites, spectati, eloquentes, potentes, militari gloria insignes, longævi, ac formosi denique existant? quibus tamen omnibus si poterentur, tantum abest, ut feliciores forent, ut non raro vitam degere multo beatiorum potuissent, si qua Deos exoratos non tam faciles in largiendo invenissent. Ad quid enim opum & pecuniæ acervi, si iidem isti multos, nullo crimine contaminatos, perdiderunt, & paupertas tutior ubique vivit? Quid honorum fulgor & potentia; si Sejanus, Crassi, Pompejus, atque Cæsar, non ob aliam rem magis sunt de medio sublatis, quam quod primum in republica tot artibus expetierunt, & obtinere locum? Quid eloquium; si illud & Demostheni & Ciceroni fugæ atque mortis causa fuit? Quid tropæa, peritura nempe illa; si & maximi imperatores, Hannibal & Alexander, quibus unus aliquis non suffecturus esse orbis videbatur, exitum tam tristem sortiuntur, mortuique parvo, sicut ceteri mortalium, sarcophago contenti jacent? Quid vitæ spatium longissime extractum; si cum juventute vires pariter deficiunt, & senibus plerumque cum permultis malis & infirmitatibus est consuetudum? Quid & forma, quam puellis, puerisque, optant matres; si hæc ipsa multis detrimento fuit, atque alioqui rara est concordia illius, pudicitiaque? Ita tandem ex his singulis concludit auctor, aut omnino curas nostras Diis committendas; aut, si quid ab iis petere velimus, illud maxime orandum esse, ut mens sana sit in corpore sano.

## S A T I R A X I.

Lauta reprobamus convivia, parca probamus.

*Ad frugalem cœnam Persicum invitat Juvenalis, eidemque latius exponit, quantis & incommodis & calamitatibus se ii implicent, qui vivendi causam in palato sitam arbitantes suo se metiri pede nolunt, epulasque nimis lautas & magnificas tandem instruunt, donec omni patrimonio in ventrem merso solum vertere, & vitam ipsa morte graviolem trahere cogantur. His præmissis fercula a se parata refert, consimilia propemodum eorum, quibus aliquando inclita Romanæ gentis nomina, Fa-*

*bii, Catones, Scauri, & Fabricii, sint delectati, quæque, si cum luxu sui temporis, ab ipso quidem accuratius descripto, contendantur, vilia videri possint. Sed cum voluptates rarior commendet usus, petit ab amico, ut jam quavis animi sollicitudine dimissa, atque exporrecta fronte, ad se veniat.*

## S A T I R A X I I.

Arguit hæc avidos nimium, nimiumque rapaces.

*Vota se persoluturum ait Juvenalis, ob Catullum conservatum; qui ex sæva maris tempestate, in qua pretiosæ suppellectilis jacturam fecerat, incolumis & sospes rediit. Cumque tot altaria pro reditu amici posita suspicionem aliquam movere possent, illum quidem tres heredes jam habere admonet, eoque heredipetas & captatores istos, qui simulato orbos divites obsequio palpant, lepide perstringit, iisdemque vitam Nestoris, & montes aureos precatur; ea tamen lege, ut nec ipsi ament quemquam, nec ab aliis amentur.*

## S A T I R A X I I I.

Mors cruciat pravos, sapiens fert damna modeste.

*Calvinum, mire se disruciantem, quod depositum amicus interverterit, egregius poeta noster argumentis consolatur, & cum plane fuerit mediocris jactura, eam saltim æquiori esse animo ferendam docet. Tum, ut magis etiam confirmet illum, furta hujuscemodi jam quidem esse frequentissima ostendit, Romæ scilicet, ubi totidem fortasse boni non irveniantur, quod Thebarum portæ aliquando fuerint. Esse enim, qui rectore nullo mundum hunc moveri opinentur, atque hinc audacter pejerent. Esse item alios, qui exinde spem concipiant impunitatis, quod omnino lenta sit Deorum ira, iisdemque facile a quovis exorentur. Nec interea vindictam nimis expetendam, cum depositum hac ratione non restituatur, & minuti tantum animi in ultione voluptatem quærant. Satis istos quidem solvere penarum, qui commissio quodam crimine nocte dieque testem suo pectore circumferant; quamquam simul gravior eosdem pœna maneat, Divi Persius & Juvenalis.*

*que tandem, se nec surdos, neque cecos esse, ipsi etiam dilucide commonstrent.*

## S A T I R A X I V.

His docet exemplis natos mala vita parentum.

*Cum domestici exempli magna vis sit in utramque partem, parentes hacce Satira hortatur Juvenalis, ut, si probos velint esse filios, probitati ante omnia & ipsi studeant. Nam si patrem alea delectet, sique mater adulteriis assueta fuerit; quis speret, puerum a lusu, filiam ab impudicis factis, & libidine, temperaturam? Nimirum dociles ad imitanda turpia & prava omnes sumus, & quæ animi teneriores, discunt, ea etiam plerumque altius infixæ hærent. Itaque hæc prima educationis cura esse debet, ut nil sædum audiat spectetque puer, altera, ut iis artibus & moribus instituat, quibus patriæ & reipublicæ emolumentum aliquando promoveri queat. Post hæc variis exemplis monstrat, quantum imitatio in juventute possit; & cum adolescens cetera jam ultro amet vitia, solamque avaritiam invitus exercere jubeatur, hujus quidem & miseriam, & turpitudinem, egregiis ac vivis veluti coloribus depingit.*

## S A T I R A X V.

Obtinet Ægyptus perverfos impia ritus.


*Ægyptiorum mores, & insanam superstitionem, merito castigat Juvenalis, utpote qui crocodilos, ibides, cercopithecus, canes, aliaque animalia, Deorum loco venerantur, & religioni habent, porrum atque cepe, in ipsorum hortis nascens, violare; carnibus humanis autem vesci, nefas non existimant. Hinc etiam antiquæ ob religionem inter ipsos, vicinosque, similtates; veluti ex pugna nuper edita palam est, in qua Tentyræi, pulsus atque fugientibus Ombitis acrius instantes, tandem unum aliquem ceperunt, eundemque in particulas & frustra plurima dissectum incredibili immanitate devorarunt. Adeo interdum homines, ad opem mutuo ferendam nati, efferantur, ut naturam etiam dediscant, &, quod ne leones quidem, tigrides, aut ursi faciunt, in compar genus sevant.*

## S A T I R A X V I.

Militiæ mores & commoda magna videte.

*Vitam militarem cum pagana comparat poeta noster, atque illam huic vel idcirco præferendam esse dicit, quod cum milite vix, atque ne vix quidem, litigare audeat togatus; quodque vivo etiamnum patre miles jus testandi habeat; & tandem, quod ipsius ducis interesse videatur, ut, quo fortior quis fuerit, eo etiam felicior existat. Ceterum, hanc Satiram non esse Juvenalis, veterum nonnulli contenderunt: sed cum stilus congruat ingenio ipsius, veri perquam simile putamus, eum tum scripsisse illam, cum octogenarius submotus urbe, atque ad cohortis alia cujus præfecturam capeßendam in Ægyptum missus esset.*

---






AULI PERSII FLACCI  
SATIRÆ.

*Persius & Juvenalis.*

A



## AULI PERSII FLACCI

## SATIRÆ.

## PROLOGUS.

**N**EC fonte labra prolui caballino :  
 Nec in bicipiti somniasse Parnasso  
 Memini, ut repente sic poeta prodirem:  
 Heliconiadasque pallidamque Pirenen  
 Illis remitto, quorum imagines lambunt  
 Hederæ sequaces: ipse semipaganus  
 Ad sacra vatum carmen affero nostrum:  
 Quis expedit vitæ suam Χαῖρε,  
 Picasque docuit verba nostra conari?  
 Magister artis, ingenique largitor  
 Venter, negatas artifex sequi voces:  
 Quod si dolosi spes refulserit nummi;  
 Corvos poetâs, & poetriâs picas  
 Cantare credas Pegaseium melos.

## SATIRA I.

**O** CURAS hominum! o quantum est in rebus inane!  
 Quis leget hæc, min' tu istud ais, nemo Hercule, nemo?  
 Vel duo, vel nemo, turpe & miserabile, quare?  
 Ne mihi Polydamas, & Troiades Labeonem  
 Prætulerint, nugæ. non, si quid turbida Roma  
 Eleuet, accedas: examenve improbum in illa  
 Castiges trutina: nec te quæfiveris extra.  
 Nam Romæ est quis non? ac, si fas dicere: sed fas  
 Tunc, cum ad caniciem, & nostrum istud vivere triste  
 Aspexi, & nucibus facimus quæcunque relictis, 10  
 Cum sapimus patruos: tunc, tunc, ignoscite. Nolo:  
 Quid faciam? sed sum petulanti splene cachinno.  
 Scribimus inclusi, numeros ille, hic pede liber,  
 Grande aliquid, quod pulmo animæ prælargus anhelet.  
 Scilicet hæc populo, pexusque togaque recenti, 15  
 Et natalitia tandem cum sardonyche albus,  
 Sede leges celsa, liquido cum plasmate guttur  
 Mobile collueris, patranti fractus ocello.  
 Heic, neque more probo videas, neque voce serena,  
 Ingentes trepidare Titos, cum carmina lumbum 20  
 Intran, & tremulo scalpuntur ubi intima versu.  
 Tun' vetule auriculis alienis colligis escas?  
 Auriculis, quibus & dicas cute perditus, ohe!  
 Quo didicisse, nisi hoc fermentum, & quæ semel intus  
 Innata est, rupto jecore exierit caprificus? 25  
 En pallor, seniumque. o mores! usque adeone

Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?  
 At pulchrum est digito monstrari, & dici, hic est:  
 Ten<sup>r</sup> cirtatorum centum dictata fuisse  
 Pro nihilo pendas? ecce inter pocula quærun<sup>t</sup> 30  
 Romulidæ faturi, quid dia poemata narrent.  
 Heic aliquis, cui circum humeros hyacinthina læna est,  
 Rancidulum quiddam balba de nare locutus,  
 Phyllidas, Hypsipylas, vatum & plorabile si quid,  
 Eliquat, & tenero supplantat verba palato. 35  
 Assensere viri: nunc non cinis ille poetæ  
 Felix? non levior cippus nunc imprimi ossa?  
 Laudant convivæ: nunc non e manibus illis,  
 Nunc non e tumulo, fortunataque favilla,  
 Nascentur violæ? rides, ait, & nimis uncis. 40  
 Naribus indulges. an erit, qui velle recuset  
 Os populi meruisse: & cedro digna locutus,  
 Linqere nec scombros metuentia carmina, nec tus?  
 Quisquis es, o modo quem ex adverso dicere feci,  
 Non ego, cum scribo, si forte quid aptius exit, 45  
 Quando hæc rara avis est, si quid tamen aptius exit,  
 Laudari metuum: neque enim mihi cornea fibra est:  
 Sed recti, finemque, extremumque, esse recuso  
 EUGE tuum, & BELLE: nam belle hoc excute totum:  
 Quid non intus habet? Non heic est Ilias Acci 50  
 Ebria veratro? non si qua elegidia crudi  
 Dictarunt proceres? non quidquid denique lectis.  
 Scribitur in citreis? calidum scis ponere fumen:  
 Scis comitem horridulum trita donare lacerna:  
 Et, Verum, inquis, amo; verum mihi dicite de me. 55  
 Qui pote? vis dicam? nugaris, cum tibi calve

6 . A U L I P E R S I I

Pinguis aqualiculus propenso sesquipedē extet.  
 O Jane , a tergo quem nulla ciconia pinxit,  
 Nec manus auriculas imitata est mobilis albas;  
 Nec linguæ , quantum fitiat canis Apula , tantæ. 60  
 Vos o patricius sanguis , quos vivere fas est  
 Occipiti cæco , posticæ occurrite sannæ.

Quis populi sermo est ? quis enim ? nisi carmina molli  
 Nunc demum numero fluere , ut per læve severos  
 Effundat junctura ungues : scit tendere versum 65  
 Non secus , ac si oculo rubricam dirigat uno :  
 Sive opus in mores , in luxum , in prandia regum ;  
 Dicere res grandes nostro dat Musa poetæ.

Ecce modo heroas sensus afferre docemus  
 Nugari solitos Græce , nec ponere lucum 70  
 Artifices , nec rus faturum laudare , ubi corbes ;  
 Et focus , & porci , & fumosa Palilia foeno :  
 Unde Remus , sulcoque terens dentalia , Quinti ;  
 Cum trepida ante boves Dictatorem induit uxor :  
 Et tua aratra domum lictor tulit : euge poeta. 75

Est nunc , Brisæi quem venosus liber Acci ,  
 Sunt , quos Pacuviusque , & verrucosa moretur  
 Antiopa , ærumnis cor iustificabile fulta.

Hos pueris monitus patres infundere lippos  
 Cum videas , quærಿಸne , unde hæc sartago loquendi 80  
 Venerit in linguas ? unde istud dedecus , in quo  
 Troffulus exsultat tibi per subsellia lævis ?  
 Nilne pudet , capiti non posse pericula cano  
 Pellere , quin tepidum hoc optes audire , DECENTER ?

Fur es , ait Pedio. Pedius quid ? crimina raris 85  
 Librat in antithetis , doctas posuisse figuras

Laudatur. bellum hoc. hoc bellum? an Romule ceves?  
 Men' moveat quippe, & cantet si naufragus, affem  
 Protulerim? cantas, cum fracta te in trabe pictum  
 Ex humero portes? verum, nec nocte paratum 90  
 Plorabit, qui me volet incurvasse querela.

Sed numeris decor est, & junctura addita crudis:  
 Claudere sic versum didicit, Berecynthus Attin,  
 Et qui cæruleum dirimebat Nerea delphin,  
 Sic costam longo subduximus Apennino. 95

ARMA VIRUM, nonne hoc spumofum & cortice pingui?  
 Ut ramale vetus prægrandi subere costum.  
 Quidnam igitur tenerum, & laxa cervice legendum?  
 Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis,  
 Et raptum vitulo caput ablatura superbo 100

Bassaris, & lyncem Mænas flexura corymbis  
 Evion ingeminat: reparabilis adsonat Echo.  
 Hæc fierent, si testiculi vena ulla paterni  
 Viveret in nobis? summa delumbe saliva  
 Hoc nataf in labris: & in udo est Mænas, & Attin; 105  
 Nec pluteum cædit, nec demorfos sapit ungues.

Sed quid opus teneras mordaci radere vero  
 Auriculas? vide sis, ne majorum tibi forte  
 Limina frigescant: sonat heic de nare carina  
 Litera. Per me equidem sint omnia protinus alba: 110  
 Nil moror: euge, omnes, omnes bene miræ eritis res,  
 Hoc juvat: heic, inquis, veto quisquam faxit oletum.  
 Pinge duos angues: pueri, facer est locus: extra  
 Meite: discedo. Secuit Lucilius urbem,  
 Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis: 115  
 Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico.

Tángit, & admissus circum præcordia ludit,  
 Callidus excusso populum suspendere naso:  
 Men' mutire nefas, nec clam, nec cum scrobe? nusquam:  
 Heic tamen infodiam. Vidi, vidi ipse, libelle: 120  
 Auriculas asini Mida rex habet. hoc ego opertum,  
 Hoc ridere meum tam nil, nulla tibi vendo  
 Iliade. Audaci quicumque afflate Cratino,  
 Iratum Eupolidem prægrandi cum sene palles;  
 Aspice & hæc, si forte aliquid decoctius audis. 125  
 Inde vaporata lector mihi ferveat aure.  
 Non hic, qui in crepidas Grajorum ludere gessit  
 Sordidus, & lusco qui poscit dicere, lusce,  
 Seque aliquem credens, Italo quod honore supinus  
 Fregerit heptinas Areti ædilis iniquas: 130  
 Nec qui abaco numeros, & secto in pulvere metas  
 Scit risisse vafer, multum gaudere paratus,  
 Si Cynico barbam petulans Nonaria vellat.  
 His mane edictum, post prandia Callirhoen do:

## S A T I R A II.

**H**UNC, Macrine, diem numera meliore lapillo:  
 Qui tibi labentes apponit candidus annos.  
 Funde merum Genio: non tu prece poscis emaci,  
 Quæ nisi seductis nequeas committere Divis.  
 At bona pars procerum tacita libabit acerra. 5  
 Haud cuivis promptum est, murmurque humilesque susurros  
 Tollere de templis, & aperto vivere voto.  
 Mens bona, fama, fides, hæc clare; & ut audiat hospes:



S A T I R A I I.

9

Illa sibi introrsum, & sub lingua immurmurat: o fi

Ebullit patruī præclarum funus! &, o fi

10

Sub rastro crepet argenti mihi seria dextro

Hercule! pupillumve utinam, quem proximus heres

Impello, expungam! namque est scabiosus, & acri

Bile tumet. Nerio jam tertia ducitur uxor.

Hæc sancte ut possas, Tiberino in gurgite mergis

15

Mane caput bis, terque, & noctem flumine purgas.

Heus age, responde (minimum est quod scire laboro)

De Jove quid sentis? estne ut præponere cures

Hunc, cuinam? cuinam? vis Staio? an scilicet hæres,

Quis potior judex, puerisve quis aptior orbis?

20

Hoc igitur, quo tu Jovis aurem impellere tentas,

Dic agedum Staio: pro Juppiter o bone, clamet,

Juppiter! at sese non clamet Juppiter ipse?

Ignovisse putas, quia cum tonat, ocus illex

Sulphure discutitur sacro, quam tuque, domusque?

25

An quia non fibris ovium, Ergennaque jubente,

Triste jaces lucis, evitandumque bidental,

Idcirco stolidam præbet tibi vellere barbam

Juppiter? aut quidnam est, qua tu mercede Deorum

Emeris auriculas? pulmone, & lactibus unctis?

30

Ecce avia, aut metuens Divum matertera, cunis

Exemit puerum, frontemque atque uda labella

Infami digito, & lustralibus ante salivis

Expiat, urentes oculos inhibere perita.

Tunc manibus quatit, & spem macram supplice voto

35

Nunc Licini in campos, nunc Craffi mittit in ædes.

Hunc optent generum rex & regina: puellæ

Hunc rapiant: quidquid calcaverit hic, rosa fiat.

Ast ego nutrici non mando vota: negato  
 Juppiter hæc illi, quamvis te albata rogarit.

40

Poscis opem nervis, corpusque fidele senectæ:  
 Esto, age: sed grandes patinæ, tucetaque crassa  
 Annuere his superos vetuere, Jovemque morantur:

Rem struere exoptas cæso bove, Mercuriumque  
 Arcessis fibra: da fortunare penates,

45

Da pecus, & gregibus foetum. Quo, pessime, pacto;  
 Tot tibi cum in flammis junicum omenta liquecant?

Et tamen hic extis, & opimo vincere ferro

Intendit: jam crescit ager, jam crescit ovile,

Jam dabitur, jam jam: donec deceptus, & exspes

50

Nequidquam fundo suspiret nummus in imo.

Si tibi crateras argenti, incusaque pingui

Auro dona feram, sudes, & pectore lævo

Excultas guttas, lætari prætrepidum cor:

Hinc illud subiit, auro sacras quod ovato

55

Perducis facies: nam fratres inter aenos,

Somnia pituita qui purgatissima mittunt,

Præcipui sunt, sitque illis aurea barba.

Aurum, vasa Numæ, Saturniaque impulit æra;

Vestalesque urnas, & Tuscum fictile mutat.

60

O curvæ in terris animæ, & cœlestium inanes!

Quid juvat hoc, templis nostros immittere mores,

Et bona Diis ex hac scelerata ducere pulpa?

Hæc sibi corrupto casiam dissolvit olivo:

Et Calabrum coxit vitiatum murice vellus:

65

Hæc baccam conchæ rasisse, & stringere venas

Ferventis massæ crudo de pulvere jussit.

Peccat & hæc, peccat: vitio tamen utitur: at vos

Dicite pontifices, in sancto quid facit aurum?  
 Nempe hoc, quod Veneri donatæ a virgine puppæ. 70  
 Quin damus id Superis, de magna quod dare lance  
 Non possit magni Messalæ lippa propago,  
 Compositum jus fasque animo, sanctosque recessus  
 Mentis, & incoctum generoso pectus honesto?  
 Hæc cedo ut admoveam templis, & farre litabo. 75

## S A T I R A I I I.

**N**EMPE hæc affidue. jam clarum mane fenestras  
 Intrat, & angustas extendit lumine rimas:  
 Stertimus, indomitum quod despumare Falernum  
 Sufficiat, quinta dum linea tangitur umbra.  
 En quid agis? ficeas insana canicula messes 5  
 Jamdudum coquit, & patula pecus omne sub ulmo est.  
 Unus ait comitum: verumne? itane? ocius adfit  
 Huc aliquis: nemon? turgescit vitrea bilis:  
 Findor: ut Arcadiæ pecuaria rudere credas.

Jam liber, & bicolor positis membrana capillis, 10  
 Inque manus chartæ, nodosaque venit arundo.  
 Tung queritur, crassus calamo quod pendeat humor,  
 Nigra quod infusa vanescat sepiæ lymphæ;  
 Dilutas queritur geminet quod fistula guttas.

O miser, inque dies ultra miser! huccine rerum 15  
 Venimus? at cur non potius, teneroque columbo  
 Et similis regum pueris, pappare minutum  
 Poscis, & iratus mammæ lallare recusas?  
 An tali studeam calamo? cui verba? quid istas

Succinis ambages? tibi luditur: effluis amens. 20

Contemnere: sonat vitium percussa, maligne  
Respondet viridi non cocta fidelia limo.

Udum & molle lutum es, nunc, nunc properandus, & acri  
Fingendus sine fine rota: sed rure paterno

Est tibi far modicum, purum & sine labe salinum. 25

Quid metuas? cultrixque foci securo patella est.

Hoc satis? an deceat pulmonem rumpere ventis,

Stemmata quod Tusco ramum millefime ducis,

Censoremne tuum vel quod trabeate salutas?

Ad populum phaleras: ego te intus, & in cute novi. 30

Non pudet ad morem discincti vivere Nattæ?

Sed stupet hic vitio, & fibris increvit opimum

Pingue: caret culpa: nescit quid perdat: & alto

Demersus, summa rursus non bullit in unda.

Magne pater Divum, sævos punire tyrannos 35

Haud alia ratione velis, cum dira libido

Moverit ingenium ferventi tincta veneno,

Virtutem videant, intabescantque relicta.

Anne magis Siculi gemuerunt æra juveni,

Et magis auratis pendens laquearibus ensis, 40

Purpureas subter cervices terruit, Imus,

Imus præcipites, quam si sibi dicat, & intus

Palleat infelix, quod proxima nesciat uxor?

Sæpe oculos, memini, tangebam parvus olivo;

Grandia si nollem morituri verba Catonis 45

Dicere, non sano multum laudanda magistro,

Quæ pater adductis sudans audiret amicis.

Jure: etenim id summum, quid dexter senio ferret

Scire, erat in voto: damnosa canicula quantum

S A T I R A I I I .

Raderet , angustæ collo non fallier orcæ :  
Neu quis callidior buxum torquere flagello.

Haud tibi inexpertum curvos deprendere mores ,

Quæque docet sapiens braccatis inclita Medis  
Porticus infomnis , quibus & detonsa juventus

Invigilat siliquis , & grandi pasta polenta.

Et tibi quæ Samios diduxit litera ramos ,

Surgentem dextro monstravit limite callem.

Stertis adhuc ? laxumque caput compage soluta

Oscitat hefternum diffutis undique malis ?

Est aliquid quo tendis , & in quod dirigit arcum ?

An passim sequeris corvos , testaque , lutoque ,

Securus quo pes ferat , atque ex tempore vivis ?

Helleborum frustra , cum jam cutis ægra tumebit ,

Poscentes videas : venienti occurrite morbo.

Et quid opus Cratero magnos promittere montes ?

Discite o miseri , & causas cognoscite rerum ,

Quid sumus , aut quidnam victuri gignimur , ordo

Quis datus , aut metæ quam mollis flexus , & unde :

Quis modus argento , quid fas optare , quid asper

Utile nummus habet : patriæ , carisque propinquis

Quantum elargiri deceat : quem te Deus esse

Iussit , & humana qua parte locatus es in re.

Disce : nec invidias , quod multa fidelia putet

In locuplete penu , defensus pinguibus Umbris ;

Et piper , & pernæ , Marfi monumenta clientis :

Mænæque quod prima nondum defecerit orca.

Heic aliquis de gente hircosa Centurionum

Dicat , Quod sapio , fatis est mihi : non ego curo

Esse quod Arcefilas , ærumnosique Solones ,

Obstipo capite, & figentes lumine terram, 80  
 Murmura cum secum, & rabiosa silentia rodunt;  
 Atque exporrecto trutinantur verba labello,  
 Ægroti veteris meditantés somnia, gigni /  
 De nihilo nihilum, in nihilum nil posse reverti.  
 Hoc est, quod palles: cur quis non prandeat, hoc est. 85  
 His populus ridet, multumque torosa juvenus  
 Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.  
 Inspice: nescio quid trepidat mihi pectus, & ægris  
 Faucibus exsuperat gravis halitus, inspice fodes,  
 Qui dicit medico, iussus requiescere, postquam 90  
 Tertia compositas vidit nox currere venas,  
 De majore domo modice fitiente lagena  
 Lenia loquuro sibi Surrentina rogavit.  
 Heus bone, tu palles. Nihil est. Videas tamen istud;  
 Quidquid id est: surgit tacite tibi lutea pellis. 95  
 At tu deterius palles: ne sis mihi tutor:  
 Jampridem hunc sepeli: tu restas. Perge, tacebo:  
 Turgidus hic epulis, atque albo ventre, lavatur,  
 Gutturè sulphureas lente exhalante Mephites.  
 Sed tremor inter vina subit, calidumque triental 100  
 Excútit e manibus: dentes crepuere relecti.  
 Unctæ cadunt laxis tunc pulmentaria labris.  
 Hinc tuba, candelæ: tandemque beatulus alto  
 Compositus lecto, crassisque lutatus amomis,  
 In portam rigidos calces extendit: at illum 105  
 Hæsterni capite induto subiere Quirites.  
 Tange miser venas, & pone in pectore dextram;  
 Nil calet hic: summosque pedes attinge, manusque,  
 Non frigent. Visâ est si forte pecunia, sive

SATIRA IV.

15

Candida vicini subrisit molle puella,  
 Cor tibi rite salit? Positum est argente catino  
 Durum olus, & populi cribro decussa farina.  
 Tentemus fauces: ténero latet ulcus in ore  
 Putre, quod haud deceat plebeia radere beta.  
 Alges, cum excussit membris timor albus aristas:  
 Nunc face supposita fervescit sanguis, & ira  
 Scintillant oculi: dicisque, facisque, quod ipse  
 Non sani esse hominis, non sanus juret Orestes:

110

115

SATIRA IV.

**R**EM populi tractas? barbatum hæc crede magistrum  
 Dicere, forbitio tollit quem dira cicutæ.  
 Quo fretus? dic hoc, magni pupille Pericli:  
 Scilicet ingenium, & rerum prudentia velox  
 Ante pilos venit: dicenda, racendaque calles.  
 Ergo ubi commota fervet plebecula bile,  
 Fert animus calidæ fecisse silentia turbæ  
 Majestate manus: quid deinde loquere? Quirites;  
 Hoc, puto, non justum est, illud male, rectius illud.  
 Scis etenim justum gemina suspendere lance  
 Ancipitis libræ: rectum discernis, ubi inter  
 Curva subit, vel cum fallit pede regula varo:  
 Et potis es nigrum vitio præfigere theta:  
 Quin tu igitur summa nequidquam pelle decorus  
 Ante diem blando caudam jactare popello  
 Desinis, Anticyras melior sorbere meracas?  
 Quæ tibi summa boni est? uncta vixisse patella

5

10

15

Semper, & affiduo curata cuticula sole.

Exspecta: haud aliud respondeat hæc anus. I nunc.

Dinomachès ego sum, suffla, sum candidus. Esto: 20

Dum ne deterius sapiat pannucea Baucis,

Cum bene discincto cantaverit ocyma vernæ.

Ut nemo in sese tentat descendere, nemo:.

Sed præcedenti spectatur mantica tergo.

Quæsieris, Nostin' Vestidî prædia? cujus? 25

Dives arat Curibus quantum non milvus oberret:

Hunc ais? hunc, Diis iratis, genioque sinistro,

Qui quandoque jugum pertusa ad compita figit,

Seriolæ veterem metuens deradere limum,

Ingemit, Hoc bene fit: tunicatum cum sale mordens 30

Cæpe: & farrata pueris plaudentibus olla,

Pannosam sæcem morientis sorbet aceti?

At si unctus cesses, & figas in cute solem;

Est prope te ignotus, cubito qui tangat, & acre

Despuat in mores: penemque arcanaque lumbi 35

Runcantem, populo marcentes pandere vulvas.

Tu cum maxillis balanatum gausape pectas,

Inguinibus quare detonsus gurgulio exstat?

Quinque palæstritæ licet hæc plantaria vellant;

Elixasque nates labefactent forcipe adunca, 40

Non tamen ista filix ullo mansuescit aratro.

Cædimus, inque vicem præbemus crura sagittis.

Vivitur hoc pacto: sic novimus. Ilia subter

Cæcum vulnus habes: sed lato balteus auro

Prætegit: ut mavis, da verba, & decipe nervos, 45

Si potes. Egregium cum me vicinia dicat,

Non credam? Viso si palles improbe nummo,



Si facis, in penem quidquid tibi venit amarum;  
 Si Puteal multa cautus vibice flagellas:  
 Nequidquam populo bibulas donaveris aures.  
 Respue, quod non es: tollat sua munera cerdo:  
 Tecum habita: noris quam sit tibi curta supellex:

## S A T I R A V.

**V**ATIBUS hic mos est, centum sibi poscere voces;

Centum ora & linguas optare in carmina centum:

Fabula seu moesto ponatur hianda tragoedo,

Vulnera seu Parthi ducentis ab inguine ferrum.

Quorsum hæc? aut quantas robusti carminis offas

Ingeris, ut par sit centeno gutture niti?

Grande locuturi, nebulas Helicone legunto:

Si quibus aut Procnes, aut si quibus olla Thyestæ

Fervebit, sæpe insulso cœnanda Glyconi.

Tu neque anhelanti, coquitur dum massa camino,

Folle premis ventos; nec clauso murmure raucus

Nescio quid tecum grave cornicaris inepte;

Nec stollopo tumidas intendis rumpere buccas:

Verba togæ sequeris, junctura callidus acri,

Ore teres modico: pallentes radere mores

Doctus, & ingenuo culpam defigere ludo.

Hinc trahe, quæ dicas: mensasque relinque Mycenis

Cum capite & pedibus: plebejaque prandia noris.

Non equidem hoc studeo, bullatis ut mihi nugis

Pagina turgescat, dare pondus idonea fumo.

Secreti loquimur: tibi nunc hortante Camœna

*Perfius & Juvenalis.*

R.

Excutienda damus præcordia: quantaque nostræ  
 Pars tua sit Cornute animæ, tibi dulcis amice  
 Ostendisse juvat: pulsa, dignoscere cautus,  
 Quid solidum crepet, & pictæ testoria linguæ; 25  
 His ego centenas ausim deposcere voces,  
 Ut quantum mihi te sinuoso in pectore fixi,  
 Vœce traham pura: totumque hoc verba resignent;  
 Quod latet arcana non enarrabile fibra.  
 Cum primum pavido custos mihi purpura cessit, 30  
 Bullaque succinctis laribus donata pependit:  
 Cum blandi comites, totaque impune Suburra  
 Permisit sparsisse oculos jam candidus umbo:  
 Cumque iter ambiguum est, & vitæ nescius error  
 Diducit trepidas ramosa in compita mentes, 35  
 Me tibi supposui: teneros tu suscipis annos  
 Socratico Cornute sinu: tunc fallere sollers  
 Apposita intortos extendit regula mores:  
 Et premitur ratione animus, vincique laborat;  
 Artificemque tuo ducit sub pollice vultum. 40  
 Tecum etenim longos memini consumere soles;  
 Et tecum primas epulis decerpere noctes.  
 Unum opus, & requiem pariter disponimus ambo;  
 Atque verecunda laxamus serâ mensa.  
 Non equidem hoc dubites, amborum foedere certo 45  
 Consentire dies, & ab uno fidere duci.  
 Nostra vel æquali suspendit tempora Librâ  
 Parca tenax verî, seu nata fidelibus hora  
 Dividit in Geminos concordia fata duorum:  
 Saturnumque gravem nostro Jove frangimus una: 50  
 Nescio quod, certe est quod me tibi temperat, astrum;

Mille hominum species, & rerum discolor usus:  
 Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.  
 Mercibus hic Italis mutat sub sole recenti  
 Rugosum piper, & pallentis grana cumibi:  
 Hic satur, irriguo mavult turgescere somno:  
 Hic campo indulget: hunc alea decoquit: ille  
 In Venerem putret: sed cum lapidosa chiragra  
 Frégerit articulos veteris ramalia fagi,  
 Tunc crassos transisse dies, lucemque palustrem;  
 Et sibi jam seri vitam ingemere relictam.  
 At te nocturnis juvat impallescere chartis.  
 Cultor enim es juvenum: purgatas inferis aures  
 Fruge Cleanthea. petite hinc juvenesque senesque  
 Finem animo certum, miserisque viatica canis.  
 Cras hoc fiet. Idem cras fiet. quid? quasi magnum  
 Nempe diem donas: sed cum lux altera venit,  
 Jam cras hesternum consumsimus: ecce aliud cras  
 Egerit hos annos, & semper paulum erit ultra.  
 Nam quamvis prope te, quamvis temone sub uno  
 Vertentem sese, frustra sectabere canthum,  
 Cum rota posterior curras, & in axe secundo:

58

60

65

70

Libertate opus est: non hac, ut quisque Velina  
 Publius emeruit, scabiosum tesserula far  
 Possidet. Heu steriles veri, quibus una Quiritem  
 Vertigo facit. hic Dama est non treffis agaso,  
 Vappa, & lippus, & in tenui farragine mendax:  
 Verterit hunc dominus, momento turbinis exit  
 Marcus Dama, papæ! Marco spondente recusas  
 Credere tu nummos? Marco sub iudice palles?  
 Marcus dixit: ita est, assigna Marce tabellas.

75

80

Hæc mera libertas, hoc nobis pilea donant.

An quisquam est alius liber, nisi ducere vitam

Cui licet, ut voluit? licet, ut volo, vivere: non sim

Liberior Bruto? Mendose colligis, inquit,

85

Stoicus hic, aurem mordaci lotus aceto.

Hoc, (reliquum accipio,) LICET ILLUD, &, UT VOLO, tolle:

Vindicta postquam meus a prætore recessi,

Cur mihi non liceat, jussit quodcunque voluntas,

Excepto, si quid Masuri rubrica vetavit?

90

Disce: sed ira cadat naso, rugosaque fanna,

Dum veteres avias tibi de pulmone revello.

Non prætoris erat stultis dare tenuia rerum

Officia, atque usum rapidæ permittere vitæ.

Sambucam citius caloni, aptaveris alto.

95

Stat contra ratio, & secretam garrit in aurem;

Ne liceat facere id, quod quis vitiabit agendo.

Publica lex hominum, naturaque continet hoc fas,

Ut teneat vetitos inscitia debilis ætus.

Diluis helleborum, certo compescere puncto

100

Nescius examen: vetat hoc natura medendi.

Navem si poscat sibi peronatus arator

Luciferi rudis, exclamet Melicerta perisse

Frontem de rebus. Tibi recto vivere talo

Ars dedit? & veri speciem dignoscere calles;

105

Ne qua subærato mendosum tinniat auro?

Quæque sequenda forent, quæque evitanda vicissim,

Illa prius creta, mox hæc carbone notasti?

Et modicus voti, presso lare, dulcis amicis:

Jam nunc astringas, jam nunc granaria laxes:

110

Inque luto fixum possis transcendere nummum:

Nec glutto forbere salivam Mercurialem?  
 Hæc mea sunt, teneo, cum vere dixeris, esto  
 Liberque, ac sapiens, Prætoribus, ac Jove dextro:  
 Sin tu, cum fueris nostræ paulo ante farinæ, 115  
 Pelliculam veterem retines, & fronte politus  
 Asturam vapido servas sub pectore vulpem:  
 Quæ dederam supra, repeto, funemque reduco.  
 Nil tibi concessit ratio: digitum exsere, peccas:  
 Et quid tam parvum est? sed nullo ture litabis, 120  
 Hæreat in stultis brevis ut semuncia recti.  
 Hæc miscere nefas: nec, cum sis cetera fossor,  
 Træis tantum ad numeros Satiri moveare Bathylli.  
 Liber ego: unde datum hoc sumis tot subdite rebus?  
 An dominum ignoras, nisi quem vindicta relaxat? 125  
 I, puer, & strigiles Crispini ad balnea defer,  
 Si increpuit, Cessas nugator? servitium acre  
 Te nihil impellit: nec quidquam extrinsecus intrat,  
 Quod nervos agitet: sed si intus, & in jecore ægro  
 Nascantur domini, qui tu impunitior exis, 130  
 Atque hic, quem ad strigiles scutica, & metus egit herilis?  
 Mane piger stertis: Surge, inquit Avaritia: eja  
 Surge, negas, instat, Surge, inquit. Non queo. Surge.  
 Et quid agam? Rogitas? saperdas advehe Ponto,  
 Castoreum, stuppas, hebenum, tus, lubrica Coa: 135  
 Tolle recens primus piper e sitiante camelo.  
 Verte aliquid; jura. Sed Juppiter audiet: eheu.  
 Varo, regustatum digito terebrare salinum.  
 Contentus perages, si vivere cum Jove tendis.  
 Jam pueris pellem succinctus, & œnophorum aptas 140  
 Ocius ad navem: nihil obstat, quin trabe vasta

Ægæum rapias, nisi sollers luxuria ante  
 Seductum moneat: Quo deinde insane ruis? quo?  
 Quid tibi vis? calido sub pectore mascula bilis  
 Inrumuit, quam non extinxerit urna cicuræ. 145  
 Tun' mare transfugas? tibi torta cannabe fulto  
 Cœna sit in transtro, Vejentanumque rubellum  
 Exhalet vapida læsum pice sessilis obba?  
 Quid petis? ut nummi, quos hic quincunce modesto  
 Nutrieras, pergant avidos sudare deunces? 150  
 Indulge genio, carpamus dulcia: nostrum est,  
 Quod vivis: cinis, & manes, & fabula fies.  
 Vive memor leti: fugit hora: hoc, quod loquor, inde est.  
 En quid agis; duplici in diversum scinderis hamo:  
 Hunc cine, an hunc sequeris? subeas alternus oportet. 155  
 Ancipiti obsequio dominos: alternus oberres.  
 Nec tu, cum obstiteris semel, instantique negaris  
 Parere imperio, Rupi jam vincula, dicas.  
 Nam & luctata canis nodum abripit: attamen illi  
 Cum fugit, a collo trahitur pars longa catenæ. 160  
 Dave, cito, hoc credas jubeo, finire dolores  
 Præteritos meditor: (crudum Chærestrius unguem  
 Abrodens ait hæc) an ficcis dedecus obstem  
 Cognatis? an rem patriam rumore sinistro  
 Limen ad obscœnum frangam, dum Chrysidis udas 165  
 Ebrius ante fores extincta cum face canto?  
 Enge puer, sapias, Diis depellentibus agnam  
 Percute. Sed censen', plorabit Dave relicta?  
 Nugaris: solea, puer, objurgabere rubra.  
 Ne trepidare velis, atque arctos rodere casses. 170  
 Nunc ferus, & violens: at si vocet, Haud mora, dicas,

Quidnam igitur faciam? ne nunc, cum arcessat, & ultro  
 Supplicet, accedam? Si totus & integer illinc  
 Exieras, nec nunc, hic, hic, quem quærimus, hic est:  
 Non in festuca, listor quam jactat ineptus.

179

Jus habet ille sui palpo, quem tollit hiantem.  
 Cretata ambitio? Vigila, & ciceringere large  
 Rixanti populo, nostra ut Floralia possint  
 Aprici meminisse senes: quid pulchrius? at cum  
 Herodis venere dies, unctaque fenestra

180

Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ;  
 Portantes violas, rubrumque amplexa catinum.  
 Cauda natat thynni, tumet alba fidelia vino:  
 Labra moves tacitus, recitataque fabbata palles.  
 Tunc nigri lemures, ovoque pericula rupto:  
 Hinc grandes Galli, & cum sistro lusca sacerdos;  
 Incussere Deos instantes corpora, si non  
 Prædictum ter mane caput gustaveris alli.

181

Dixeris hæc inter varicosos Centuriones;  
 Continuo crassum ridet Vulsenius ingens,  
 Et centum Græcos curto-centusse licetur.

190

## S A T I R A V I.

**A**DMOVIT jam bruma foco-te, Basse, Sabino?  
 Jamne lyra, & tetrico vivunt tibi pectine chordæ?  
 Mire opifex numeris veterum primordia rerum,  
 Atque marem strepitum fidis intendisse Latinæ,  
 Mox juvenes agitare jocos, & pollice honesto.  
 Egregios lubisse senes? Mibi nunc Ligus ora

B 4

Intepet, hibernatque meum mare, qua latus ingens  
 Dant scopuli, & multa litus se valle receptat.  
 Lunai portum est operæ cognoscere cives.  
 Cor jubet hoc Enni, postquam destertuit esse 10  
 Mæonides, Quintus pavone ex Pythagoreo.  
 Heic ego securus vulgi, & quid præparet Auster  
 Infelix pecori: securus, & angulus ille  
 Vicini, nostro quia pinguior: & si adeo omnes  
 Ditescant orti pejoribus, usque recusem 15  
 Curvus ob id minui senio, aut cœnare sine uncto;  
 Et signum in vapida naso tetigisse lagena.  
 Discrepet his alius. Geminos horoscope varo  
 Producis genio. Solis natalibus, est qui  
 Tingat olus ficcum muria vaser in calice emta, 20  
 Ipse sacrum irrorans patinæ piper: hic bona dente  
 Grandia magnanimus peragit puer: utar ego, utar?  
 Nec rhombos ideo libertis ponere lautus,  
 Nec tenuem follers turdorum nosse salivam.  
 Messe tenuis propria vive: & granaria (fas est) 25  
 Emole. quid metuas? occa: & seges altera in herba est.  
 Ast vocat officium: trabè rupta, Bruttia saxa  
 Prendit amicus inops: remque omnem, surdaque vota  
 Condidit Ionio: jacet ipse in litore, & una  
 Ingentes de puppe Dei: jamque obvia mergis 30  
 Costa ratis laceræ. nunc & de cespite vivo  
 Frange aliquid: largire inopi, ne pictus oberret  
 Cærulea in tabula. Sed cœnam funeris heres  
 Negliget, iratus quod rem curtaveris: urnæ  
 Ossa inodora dabit: seu spirent cinnama surdum, 35  
 Seu ceraso peccent cassæ., nescire paratus.



Tune bona incolumis minuas ? sed Bestius urget  
 Doctores Grajos. Ita fit, postquam sapere urbi  
 Cum pipere, & palmis venit nostrum hoc maris experts;  
 Fœnifecæ crasso vitiarunt unguine pulcres. 40  
 Hæc cînere ulterior metuas ? at tu, meus heres  
 Quisquis eris, paulum a turba seductior audi.  
 O bone num ignoras ? missa est a Cæsare laurus  
 Insignem ob cladem Germanæ pubis, & aris  
 Frigidus excutitur cinis: ac jam postibus arma, 45  
 Jam chlamydes regum, jam lutea gausapa captis,  
 Effedaque, ingentesque locat Cæsonia Rhenos:  
 Diis igitur, genioque ducis, centum paria, ob res  
 Egrege gestas, induco: quis vetat? aude.  
 Væ, nisi cõnnives. Oleum, artocreasque popello 50  
 Largior: an p̄hibes? dic clare: Non adeo, inquis;  
 Exoffatus ager juxta est. Age, si mihi nulla  
 Jam reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis  
 Nulla manet patru, sterilis matertera vixit,  
 Deque avia nihilum superest: accedo Bovillas, 55  
 Clivumque ad Virbi: præsto est mihi Manius heres.  
 Progenies terræ? quære ex me, quis mihi quartus  
 Sit pater: haud promte, dicam tamen, adde etiam unum;  
 Unum etiam, terræ est jam filius: & mihi ritu  
 Manius hic generis prope major avunculus exit. 60  
 Qui prior es, cur me in decursu lampada poscas?  
 Sum tibi Mercurius: venio Deus huc ego, ut ille  
 Pingitur: an rénuis? vin' tu gaudere relictis?  
 Deest aliquid summæ: minui mihi: sed tibi totum est,  
 Quidquid id est. Ubi sit, fuge quærere, quod mihi quondam  
 Legarat Tadius: neu dicta reponere paterna: 65


Fœnoris accedat merces : hinc exime sumtus :  
 Quid reliquum est ? reliquum ? nunc nunc impensus unge ?  
 Unge puer canes. Mihi festa luce coquatur  
 Urtica , & fissa fumosum finciput aure : 79  
 Ut tuus iste nepos olim satur anseris extis ;  
 Cum morosa vago singuljiet inguine vena ,  
 Patriciæ immeiat vulvæ ? mihi trama figuræ  
 Sit reliqua : ast illi tremat omento popa venter ?  
     Vende animam lucro , mercare , atque excute sollers 79  
 Omne latus mundi : ne fit præstantior alter ,  
 Cappadocas rigida pingues plausisse catasta.  
 Rem duplica. Feci : jam triplex , jam mihi quarto ;  
 Jam decies redit in rugam. Depunge , ubi fistam.  
 Inventus , Chrysispe , tui finitor acervi. 80

---

D. JUNII JUVENALIS

AQUINATIS

SATIRÆ.



D. JUNII JUVENALIS

AQUINATIS

SATIRARUM

LIBER PRIMUS.

## SATIRA I.

**S**EMPER ego auditor tantum? nunquamne reponam; *he a hearer only  
pay back.*  
Vexatus toties rauci Theseide Codri?

Impune ergo mihi recitaverit ille togatas,  
Hic elegos? impune diem consumserit ingens  
Telephus? aut summi plena jam margine libri  
Scriptus, & in tergo, necdum finitus Orestes?

Nota magis nulli domus est sua, quam mihi lucus

Martis, & Æoliis vicinum rupibus antrum

Vulcani. quid agant venti, quas torqueat umbras *Æacus may be torturing*

Æacus: unde alius furtivæ devehat aurum

Pelliculæ: quantas jaculetur Mōnychus ornos: *& Centaur*

Frontonis plarani, convulsaque marmora clamant

Semper, & affiduo ruptæ lectore columnæ.

Exspectes eadem a summo, minimoque poeta.

*10  
Æolius Fronto  
the marbled  
shaken by the  
div wind*

Et nos ergo manum ferulæ subduximus, & nos

*15 re-echo*

Confilium dedimus Sullæ, privatus ut altum  
Dormiret? Stulta est clementia, cum tot ubique  
Varibus occurras, perituræ parcere chartæ. *in some way to*

Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo, *to pursue*

*Lucilius* Per quem magnus equos Auruncæ flexit alumnus, 20

Si vacat, & placidi rationem admittitis, edam. *with liberty*

Cum tener uxorem ducat spado, Mævia Tuscum *as proper*

Figat aprum, & nudâ teneat venabula mamma: *to his ten*

Patricios omnes opibus cum provocet unus,

Quo tondente gravis juveni mihi barba sonabat: 25

Cum pars Niliacæ plebis, cum verna Canopi *one of the rabb*

Crispinus, Tyrias humero revocante lacernas; *of the di*

Ventilet æstivum digitis sudantibus aurum, *his he would*

Nec sufferre queat majoris pondera gemmæ: *hitching of his*

Difficile est Satiram non scribere. nam quis iniquæ 30

Tam patiens urbis, tam ferreus, ut teneat se?

Causidici nova cum veniat lectica Mathonis

Plena ipso; post hunc magni delator amici,

Et cito rapturus de nobilitate comeſa,

*Barbus Massa* Quod superest, quem Massa timet, quem munere palpat 35

Carus, & a trepido Thymele summissa Latino: *sent secun*

Cum te summoveant, qui testamenta merentur

Noctibus, in coelum quos evehit optima summi

Nunc via processus, vetulæ vesica beatæ?

Unciolam Proculejus habet, sed Gillo deuncem: 40

Partes quisque suas ad mensuram inguinis heres

Accipiat sane mercedem sanguinis, & sic

Palleat, ut nudis preſſit qui calcibus anguem,

Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram.

Quid referam, quanta ficcum jecur ardeat ira; 45

Cum populum gregibus comitum premit hic spoliator

Pupilli prostantis? & hic damnatus inani *unavailing*

Judicio (quid enim salvis infamia nummis?)

Exsul ab octava Marius bibit, & fruitur Dis

Iratis: at tu victrix provincia ploras.

Hæc ego non credam Venufinâ digna lucernâ?

Hæc ego non agitem? sed quid magis Heracleas;

Aut Diomedæas, aut mugitum Labyrinthi,

Et mare percussum puero, fabrumque volentem?

Cum leno accipiat mœchi bona, si capiendi

Jus nullum uxori, doctus spectare lacunar,

Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso:]

Cum fas esse putet curam sperare cohortis,

Qui bona donavit præsepibus, & caret omni

Majorum censu, dum pervolat axe citato

Flaminiam: puer Automedon nam lora tenebat;

Ipse lacernatæ cum se jactaret amicæ.]

Nonne libet medio ceras implere capaces

Quadrivio: cum jam sextâ cervice feratur

Hinc atque inde patens, ac nudâ pæne cathedra;

Et multum referens de Mæcenate supino

Signator falso, qui se lautum, atque beatum

Exiguis tabulis, & gemmâ fecerat uda? *by a few words*

Occurrit matrona potens, quæ molle Calenum

Porrectura viro miscet fitiente rubetam,

Instiruitque rudes melior Locusta propinquas

Per famam & populum nigros efferre maritos: *in dispute / infamy*

Aude aliquid brevibus Gyaris & carcere dignum;

Si vis esse aliquis: probitas laudatur, & alget.

Criminibus debent hortos, prætoria, mensas,

*Marius Priscus  
Prætorius  
Stance*

*the pander has bond*

69

*Or is not he feel inclined  
in the very middle of  
the cup ways*

65

*opens much, recalling*

70

*in dispute / infamy  
and the public  
page*

75

Argentum vetus, & stantem extra pocula caprum.

Quem patitur dormire nurus corruptor avaræ,

Quem sponsæ turpes, & prætextatus adulter?

Si natura negat, facit indignatio versum,

Qualèmcunque potest: quales ego, vel Cluviennus. 80

Ex quo Deucalion nimbis tollentibus æquor

Navigio montem ascendit, sortisque poposcit,

Paulatimque animâ caluerunt mollia saxa,

Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas:

Quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas, 85

Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli.

Et quando uberior vitiorum copia? quando

Major avaritiæ patuit sinus? alea quando

Hos animos? neque enim loculis comitantibus itur

Ad casum tabulæ, positâ sed luditur arcâ. 90

Prœlia quanta illic dispensatore videbis

Armigero! simplexne furor sestertia centum

Perdere, & horrenti tunicam non reddere servo?

Quis totidem erexit villas? quis fercula septem

Secreto coenavit avus? nunc sportula primo 95

Limine parva sedet, turbæ rapienda togatæ.

Ille tamen faciem prius inspicit, & trepidat, ne

Suppositus venias, ac falso nomine poscas.

Agnitus accipies: jubet a præcone vocari

Ipsos Trojugenas. nam vexant limen & ipsi 100

Nobiscum. da Prætori, da deinde Tribuno.

Sed libertinus prior est: prior, inquit, ego adsum.

Cur timeam? dubitemve locum defendere: quamvis

Natus ad Euphratem, molles quod in aure fenestriæ

Arguerint, licet ipse negem? sed quinque tabernæ 105



Quadringenta parant. Quid confert purpura major  
 Oportandum, si Laurenti custodit in agro  
 Conductas Corvinus oves? ego possideo plus  
 Pallante, & Licinis. Exspectent ergo tribuni: *wait*  
 Vincant divitiæ: sacro nec cedat honori, 110  
 Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis:  
 Quandoquidem inter nos sanctissima divitiarum  
 Majestas: etsi funesta pecunia templo  
 Nondum habitas, nullas nummorum ereximus aras;  
 Ut colitur Pax, atque Fides, Victoria, Virtus, 115  
 Quæque salutato crepitat Concordia nido.

Sed cum summus honor finito computet anno, *majestatis of the highest rank*  
 Sportula quid referat, quantum rationibus addat:

Quid facient comites, quibus hinc toga, calceus hinc est;  
 Et panis, fumusque domi? densissima centum 120  
 Quadrantes lectica petit, sequiturque maritum  
 Languida, vel prægnans, & circumducitur uxor.  
 Hic petit absenti, notâ jam callidus arte,  
 Ostendens vacuam, & clausam pro conjuge sellam.  
 Galla mea est, inquit. Citius dimitte. Moraris? 125  
 Profer Galla caput. Noli vexare, quiescit.

Ipse dies pulchro distinguitur ordine rerum:  
 Sportula, deinde forum, jurisque peritus Apollo,  
 Atque triumphales, inter quas ausus habere  
 Nescio quis titulos Ægyptius, atque Arabarches, 130  
 Cujus ad effigiem non tantum mejere fas est.  
 Vestibulis abeunt veteres, lassique clientes,  
 Votaque deponunt, quanquam longissima, coenæ;  
 Spes homini. caulis miseris, atque ignis emendus. *cabbage*  
 Optima silvarum interea pelagique vorabit. 135

Perfius & Juvenalis.

C

Rex horum, vacuisque toris tantum ipse jacebit.  
 Nam de tot pulchris, & laeis orbibus, & tam  
 Antiquis, unâ comedunt patrimonia mensa.  
 Nullus jam parasitus erit. Sed quis feret istas  
 Luxuriæ sordes? quanta est gula, quæ sibi totos  
 Ponit apros, animal propter convivia natum!  
 Poena tamen præsens, cum tu deponis amictus  
 Turgidus, & crudum pavonem in balnea portas.  
 Hinc subitæ mortes, atque intestata senectus.

140

It nova, nec tristis per cunctas fabula coenas: *the rest 145*  
 Ducitur iratis plaudendum funus amicis.

Nil erit ulterius, quod nostris moribus addat  
 Posteritas: eadem cupient, facientque minores.

Omne in præcipiti vitium stetit. Utere velis,  
 Totos pande sinus. Dicas hic forsitan, unde

150

Ingenium par materiæ? unde illa priorum  
 Scribendi quodcunque animo flagrante liberet  
 Simplicitas, cujus non audeo dicere nomen?

Quid refert dictis ignoscat Mucius, an non?  
 Pone Tigillinum: tædâ lucebis in illâ,

155

Qua stantes ardent, qui fixo guttore fumant;

Et latum mediâ sulcum deducit arenâ. *you draw a broad furrow  
 in the middle  
 of the arena*

Qui dedit ergo tribus patruis aconita, vehatur  
 Pensilibus plumis, atque illinc despiciet nos.

160

Cum veniet contra, digito compesce labellum:

Accusator erit, qui verbum dixerit, hic est.  
 Securus licet Æneam, Rutulumque ferocem  
 Committas: nulli gravis est percussus Achilles;

Aut multum quæsitus Hylas, urnamque secutus.  
 Ense velut stricto quoties Lucilius ardens

165

unely

5

When he shall  
 come full in  
 front

Infremuit, rubet auditor, cui frigida mens est  
 Criminibus, tacita sudant præcordia culpa.  
 Inde iræ, & lacrimæ. Tecum prius ergo voluta  
 Hæc animo ante tubas: galeatum sero duelli *the soldier when he*  
 Pœnitet. Experiar, quid concedatur in illos, *has put on the*  
 Quorum Flaminia tegitur cinis, atque Latina. *helmet repeats too*  
*late of the fight*

## SATIRA II.

**U**LTRA Sauromatas fugere hinc libet, & glacielem  
 Oceanum, quoties aliquid de moribus audent,  
 Qui Curios simulant, & Bacchanalia vivunt,  
 Indocti primum: quanquam plena omnia gypso  
 Chryssippi invenies. nam perfectissimus horum est,  
 Si quis Aristotelem similem, vel Pittacon emit,  
 Et jubet archetypos pluteum servare Cleanthas.  
 Frontis nulla fides. quis enim non vicus abundat  
 Tristibus obscœnis? castigas turpia, cum sis  
 Inter Socraticos notissima fossa cinædos.  
 Hispida membra quidem, & duræ per brachia setæ  
 Promittunt atrocem animum: sed podice lævi  
 Ceduntur tumidæ, medico ridente, mariscæ.  
 Rarus sermo illis, & magna libido tacendi,  
 Atque supercilio brevior coma. Verius ergo,  
 Et magis ingenue Peribomius: hunc ego fatis  
 Imputo, qui vultu morbum, incessuque fatetur.  
 Horum simplicitas miserabilis: his furor ipse  
 Dat veniam: sed peiores, qui talia verbis  
 Herculis invadunt, & de virtute locuti

Clunem agitant. Ego te ceventem, Sexte, verebor?  
 Infamis Varillus ait, quo deterior te?  
 Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus.  
 Quis tulerit Gracchos de seditione querentes?  
 Quis coelum terris non misceat, & mare coelo,  
 Si fur displiceat Verri? homicida Miloni?  
 Clodius accuset mœchos? Catilina Cethegum?  
 In tabulam Sullæ si dicant discipuli tres?  
 Qualis erat nuper tragico pollutus adulter  
 Concubitu: qui tunc leges revocabat amaras  
 Omnibus, atque ipsis Veneri Martique timendas,  
 Cum tot abortivis foecundam Julia vulvam  
 Solveret, & patruo similes effunderet offas?  
 Nonne igitur jure ac merito vitia ultima fictos  
 Contemnunt Scauros, & castigata remordent?  
 Non tulit ex illis torvum Laronia quendam  
 Clamantem toties: Ubi nunc lex Julia? dormis?  
 Atque ita subtidens: Felicia tempora, quæ te  
 " Moribus opponunt. Habeat jam Roma pudorem.  
 " Terminus e coelo cecidit Cato. Sed tamen unde  
 " Hæc emis, hirsuto spirant opobalsama collo  
 " Quæ tibi? ne pudeat dominum monstrare tabernæ.  
 " Quod si vexantur leges, ac jura, citari  
 " Ante omnes debet Scantinia. Respice primum,  
 " Et scrutare viros: faciunt hi phura; sed illos  
 " Defendit numerus, junctæque umbone phalanges.  
 " Magna inter molles concordia. Non erit ullum  
 " Exemplum in nostro tam detestabile sexu.  
 " Tædia non lambit Cluviam, nec Florâ Catullam:  
 " Hippo subit juvenes, & morbo pallet utroque.

" Numquid nos agimus causas? civilia jura  
 " Novimus? aut ullo strepitu fora vestra movemus?  
 " Luctantur paucae, comedunt coliphia paucae:  
 " Vos lanam trahitis, calathisque peracta refertis.  
 " Vellera: vos tenui praequantem flamine fufum.  
 " Penelope melius, levius torquetis Arachne:  
 " Horrida quale facit residens in codice pellex.  
 " Notum est, cur solo tabulas impleverit Hister,  
 " Eiberto: dederit vivus cur multa puellae.  
 " Dives erit, magno quae dormit tertia lecto.  
 " Tu nube, atque tace: donant arcana cylindros:  
 " De nobis post haec tristis sententia fertur.  
 " Dat veniam corvis, vexat censura columbas."  
 Fugerunt trepidi vera, ac manifesta canentem,  
 Stoicidæ. quid enim falsi Laronia? sed quid  
 Non facient alii, cum tu multitia sumas  
 Crevice. & hanc vestem populo mirante perores:  
 In Proculas, & Pollitas? est moecha Fabulla:  
 Damnetur, si quis, etiam Carfina: talem  
 Non sumet damnata togam. Sed Julius ardet,  
 Estuo. Nudus agas: minus est insania turpis.  
 En habitum, quo te leges, ac jura ferentem  
 Vulneribus crudis populus modo victor, & illud:  
 Montanum positus audiret vulgus aratris.  
 Quid? non proclames, in corpore judicis ista:  
 Si videas? quaero, an deceant multitia testem  
 Acer, & indomitus, libertatisque magister  
 Crevice pelluces! Dedit hanc contagio labem:  
 Et dabit in plures: sicut grex totus in agris  
 Uvius scabie cadit, & porrigioe porci,

75

60

65

70

75

80

- V. Uvaeque conspecta livorem ducit ab uva.  
 Foedius hoc aliquid quandoque audebis amictu:  
 Nemo repente fuit turpissimus. accipient te  
 Paulatim, qui longa domi redimicula fumunt  
 Frontibus, & toto posuere monilia collo,  
 Atque Bonam teneræ placant abdomine porcæ;  
 Et magno cratere Deam: sed more sinistro  
 Exagitata procul non intrat femina limen.  
 Solis ara Deæ maribus patet. he profanæ?  
 Clamatur: nullo gemit hic tibicina cornu.  
 Talia secreta coluerunt Orgia tæda  
 Cecropiam soliti Baptæ lassare Corytto:  
 Ille supercilium madida fuligine tactum  
 Obliqua producit acu, pingitque trementes  
 Attollens oculos: vitreo bibit ille Priapo,  
 Reticulumque comis auratum ingentibus implet,  
 Cærulea indutus scutulata, aut galbana rafa,  
 Et per Junonem domini jurante ministro.  
 Ille tenet speculum, pathici gestamen Othonis;  
 Actoris Aurunci spolium, quo se ille videbat  
 Armatum, cum jam tolli vexilla juberet.  
 Res memoranda novis annalibus, atque recenti  
 Historia, speculum civilis sarcina belli.  
 Nimirum summi ducis est occidere Galbam,  
 Et curare cutem summi constantia civis,  
 Bebriaci in campo spolium affectare Palati,  
 Et pressum in faciem digitis extendere panem:  
 Quod nec in Assyrio pharetrata Semiramis orbe;  
 Mœsta nec Aëtiaca fecit Cleopatra carina.  
 Hic nullus verbis pudor, aut reverentia mensæ.

85

90

95

100

105

110

Hic turpis Cybeles, & fracta voce loquendi  
 Libertas, & crine senex phanaticus albo  
 Sacrorum antistes, rarum, ac memorabile magni  
 Gutturis exemplum, conducendusque magister.  
 Quid tamen expectant, Phrygio quos tempus erat jam. 111  
 More supervacuum cultris abrumpere carnem?  
 Quadringenta dedit. Gracchus festertia, dorem  
 Cornicini; sive hic recto cantaverat ære.  
 Signatæ tabulæ: dictum Feliciter t' ingens.  
 Cœta sedet: gremio jacuit nova nupta mariti. 120  
 O proceres, eensore opus est, an harnuspice nobis?  
 Scilicet horres, majoraque monstra putares,  
 Si mulier vitulum, vel si bos ederet agnum?  
 Segmenta, & longos habitus, & flammea sumit,  
 Arcano qui sacra ferens nutantia loro 125  
 Sudavit clypeis ancilibus. O pater urbis;  
 Unde nefas tantum Latiis pastoribus? unde  
 Hæc tetigit, Gradive, tuos urtica nepotes?  
 Traditur ecce viro clarus genere, atque opibus vir:  
 Nec galeam quassas, nec terram cuspide pulsas, 130  
 Nec quereris patri? vade ergo, & cede severi  
 Iugeribus campi, quem negligis. Officium cras.  
 Primo sole mihi peragendum in valle Quirini:  
 Quæ causa officii? quid quæris? nubit amicus;  
 Nec multos adhibet. Liceat modo vivere: fient, 135  
 Fient ista palam, cupient & in acta referri.  
 Interea tormentum ingens nubentibus hæret,  
 Quod nequeunt parere, & partu retinere maritos:  
 Sed melius, quod nil animis in corpora juris  
 Natura indulget. steriles moriuntur, & illis 140

Turgida non prodest condita pyxide Lyde,  
Nec prodest agili palmas præbere Luperco.

Vicit & hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi;

Lustravitque fuga mediam gladiator arenam,

Et Capitolinis generosior, & Marcellis,

Et Catulis, Paullique minoribus, & Fabiis, &

Omnibus ad podium spectantibus. his licet ipsum

Admoveas, cujus tunc munere retia misit.

Esse aliquos manes, & subterranea regna,

Et pontum, & Stygio ranas in gurgite nigras;

Atque una transire vadum tot millia cymba,

Nec pueri credunt, nisi qui nondum ære lavantur:

Sed tu vera puta. Curius quid sentit, & ambo

Scipiadæ? quid Fabricius, manesque Camilli?

Quid Cremeræ legio, & Cannis consumta juvenus,

Tot bellorum animæ; quoties hinc talis ad illos

Umbra venit? cuperent lustrari, si qua darentur

Sulfura cum tædis, & si foret humida laurus.

Illuc, heu, miseri traducimur. Arma quidem ultra

Litora Jubernæ promovimus, & modo captas

Orcadas, ac minima contentos nocte Britannos:

Sed quæ nunc populi sunt victoris in urbe,

Non faciunt illi, quos vicimus: & tamen unus

Armenius Zalates cunctis narratur ephebis

Mollior ardenti sese indulgisse Tribuno.

Aspice, quid faciant commercia: venerat obses.

Hic sunt homines. nam si mora longior urbem

Indulgit pueris, non unquam deerit amator:

Mittentur braccæ, cultelli, frena, flagellum.

Sic prætextatos referunt Artaxata mores.



## SATIRA III.

**Q**UAMVIS digressu veteris confusus amici,  
 Laudo tamen, vacuis quod sedem figere Cumis  
 Destinet, atque unum civem donare Sibyllæ.  
 Janua Bajarum est, & gratum litus amœni  
 Secessus. Ego vel Prochyta præpono Suburræ:  
 Nam quid tam miserum, tam solum vidimus, ut non  
 Deterius credas horrere incendia, lapsus  
 Testorum assiduos, ac mille pericula sævæ  
 Urbis, & Augusto recitantes mense poetas?  
 Sed dum tota domus rhedâ componitur unâ, *en. en. fo. so. d.*  
 Substitit ad veteres arcus, madidamque Capenam:  
 Hic, ubi nocturnæ Numa constituebat amicæ.  
 Nunc sacri fontis nemus, & delubra locantur  
 Judæis: quorum cophinus, foenumque supellex:  
 Omnis enim populo mercedem pendere iussa est  
 Arbor, & ejectis mendicat silva Camœnis. *15*  
 In vallem Egeriæ descendimus, & speluncas  
 Dissimiles veris. Quanto præstantius esset  
 Numen aquæ, viridi si margine clauderet undas  
 Herba, nec ingenuum violarent marmora tophum? *insunged the d. d. d. 20*  
 Hic tunc Umbricius, Quando artibus, inquit, honestis  
 Nullus in urbe locus, nulla emolumenta laborum,  
 Res hodie minor est, here quam fuit, atque eadem cras  
 Deteret exiguis aliquid: proponimus illuc  
 Ire, fatigatas ubi Dædalus exiit alas, *25*  
 Dum nova canities, dum prima, & recta senectus;

*Somethin to pin*

Dum superest Lachesi, quod torqueat, & pedibus me  
Porto meis, nullo dextram subeunte bacillo.

Cedamus patriâ: vivant Artorius istic

Et Carulus: maneant, qui nigrum in candida vertunt; 30

Queis facile est ædem conducere, flumina, portus, *to conduct*

Siccagdam eluviem, portandum ad busta cadaver, *in the*

Et præbere caput dominâ venale sub-hastâ. *d a l*

Quondam hi cornicines, & municipalis arenæ

Perpetui comites, notæque per oppida buccæ, 35

Munera nunc edant, & verso pollice vulgi

Cum libet, occidunt populariter: inde reversi  
Conducunt foricas. & cur non omnia? cum sint;

Quales ex humili magna ad fastigia rerum

Extollit, quoties voluit Fortuna jocari. 40

Quid Romæ faciam? mentiri nescio: librum;

Si malus est, nequeo laudare, & poscere: motus *not*

Astrorum ignoro: fumus promittere patris *a*

Nec volo, nec possum: ranarum viscera nunquam

Inspexi. ferre ad nuptam, quæ mittit adulter, 45

Quæ mandat, norant alii: me nemo ministro

Fur erit, atque ideo nulli comes exeo, tanquam

Mancus, & extinctæ corpus non utile dextræ.

Quis nunc diligitur, nisi conscius, & cui fervens *the*

Æstuat occultis animus, semperque tacendis? *d a l* 50

Nil tibi se debere putat, nil conferet unquam,

Participem qui te secreti fecit honesti.

Carus erit Verri, qui Verrem tempore, quo vult;

Accusare potest. Tanti tibi non fit opaci *d a l* 55

Omnis arena Tagi, quodque in mare volvitur aurum; 55

U. somno careas, ponendaque præmia sumas

Tristis, & a magno semper timearis amico.

Quæ nunc divitibus gens acceptissima nostris;  
Et quos præcipue fugiam, properabo fateri,  
Nec pudor obstabit. Non possum ferre, Quirites;

60

Græcam urbem, quamvis quota portio fæcis Achæi? *How small a portion of it they are the Greeks*  
Jam pridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes,  
Et linguam, & mores, & cum tibicine chordas  
Obliquas, nec non gentilia tympana secum *notion* *Heurochoes?*  
Vexit & ad Circum jussas prostare puellas. *65*

Ite, quibus grata est pieta lupa barbara mitra.

Rusticus ille tuus sumit trechedipna, Quirine, *thy rustic of former days*  
Et ceromatico fert niceteria collo.

Hic altâ Sicyone, ast hic Amydône relicta;

Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis;

70

Esquilias, dictumque petunt a vimine collem,

Viscera magnarum domuum dominique futuri.

Ingenium velox, audacia perdita, setmo

Promptus, & Isæo torrentior. Ede, quid illum *Tell me*

Esse putes? quem vis hominem, secum attulit ad nos:

75

Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes,

Augur, schoenobates, medicus, magus: omnia novit. *a quæst, a jug.*

Græculus esuriens in coelum, jusseris, ibit.

= glab

Ad summam, non Maurus erat, neque Sarmata, nec Thrax;

Qui sumfit pennas, mediis sed natus Athenis.

80

Horum ego non fugiam conchylia? me prior ille *purple finery*

Signabit? sultusque toro meliore recumbet

Advectus Romam, quo pruna, & costona vento?

*cottona*

Usque adeo nihil est, quod nostra infantia coelum

*dried plums*

Hausit Aventini baccâ nutrita Sabina?

*adly little figs.*

Quid, quod adulandi gens prudentissima laudat

Sermonem indocti, faciem deformis amici,  
Et longum invalidi collum cervicibus æquat  
Herculis, Antæum procul a tellure tenentis?

Miratur vocem angustam, qua deterius nec  
Ille sonat, quo mordetur gallina marito.]

Hæc eadem licet & nobis laudare: sed illis

Credatur: an melior cum Thaida sustinet, aut cum

Uxorem comædas agit, vel Dorida nullo

Cultam patitur: mulier nempe ipsa videtur,

Non persona loqui: vacua & plana omnia dicas

Infra ventriculum, & tenui distantia rima.]

Nec tamen Antiochus, nec erit mirabilis illic

Aut Stratocles, aut cum molli Demetrius Hæmo:

Natio comæda est. Rides? majore cachinno

Concutitur: flet, si lacrimas conspexit amici;

Nec dolet: igniculum brumæ si tempore poscas;

Accipit endromydem: si dixeris, æstuo, sudat.

Non sumus ergo pares: melior, qui semper, & omni

Nocte, dieque potest alienum fumere vultum,

A facie jactare manus, laudare paratus,

Si bene ructavit, si rectum minxit amicus;

Si trulla inverso crepitum dedit aurea fundo:

Præterea sanctum nihil est, & ab inguine tutum:

Non matrona laris, non filia virgo, neque ipse

Sponsus ævis adhuc, non filius ante pudicus.

Horum si nihil est, aviam resupinat amici.]

Sic volum secretæ domus, atque inde timeri:

En quoniam coepit Græcorum mentio, transi-

Gymnasia, atque audi facinus majoris abollæ.

Stoicus occidit Baream, delator amicum,

Discipulumque senex, ripâ nutritus in illâ;  
 Ad quam Gorgonei delapsa est pinna caballi. X  
 Non est Romano cuiquam locus hic, ubi regnat  
 Protogenes aliquis, vel Diphilus, aut Hermarcus; 120  
 Qui gentis vitio nunquam partitur amicum,  
 Solus habet. nam cum facilem stillavit in aurem  
 Exiguum de naturæ patriæque veneno,  
 Limine summoveor: perierunt tempora longi *I am gradually dislodged*  
 Servitii: nusquam minor est jactura clientis. *of less account*  
 Quod porro officium (ne nobis blandiar) aut quod service  
 Pauperis hic meritum: si curet nocte togatus *while it is still dark*  
 Currere, cum prætor listorem impellat, & ire  
 Præcipientem jubeat dudum vigilantibus orbis, *childless matrons being*  
 Ne prior Albinam, & Modiam collega salutet? *long 130 since been*  
 Divitis hic servi claudit latus ingenuorum *awake*  
 Filius: alter enim, quantum in legione Tribuni  
 Accipiunt, donat Calvinæ, vel Catienæ,  
 Ut semel, atque iterum super illam palpitet: at tu,  
 Cum tibi vestiti facies scorti placet, hæres,  
 Et dubitas alta Chionem deducere sella. 135  
 Da testem Romæ tam sanctum, quam fuit hospes *P. Scipio Nasica*  
 Numinis Idæi: procedat vel Numa, vel qui  
 Servavit trepidam flagranti ex æde Minervam: *L. Cæcilius Metellus*  
 Protinus ad censum, de moribus ultima fiet *dish as to 140 his income*  
 Quæstio: quot pascit servos? quot possidet agri  
 Jugera? quam multâ magnâque paropside coenat? *a side dish*  
 Quantum quisque suâ nummorum servat in arcâ,  
 Tantum habet & fidei. jures licet & Samothracum;  
 Et nostrorum aras, contemnere fulmina pauper  
 Creditur, atque Deos, Dis ignoscentibus ipsi. 145

Quid, quod materiam præbet causasque jocosum  
 Omnibus hic idem, si foeda & scissa lacerna, *his cloak*  
 Si toga f<sup>o</sup>rdidula est, & raptâ calceus alter *somewhat soiled*  
 Pelle patet: vel si confuto vulnere crassum, 150  
 'Atque recens linum ostendit non una cicatrix?  
 Nil habet infelix paupertas durius in se,  
 Quod quam ridiculos homines facit. exeat, inquit, *supply* <sup>d</sup>  
 Si pudor est, & de pulvino surgat equestri, <sup>=h</sup>  
 Cujus res legi non sufficit; & sedeant hic 155  
 Lenonum pueri quocunq̄ue in fornice nati.  
 Hic plaudat nitidi præconis filius inter  
 Pinnirapi cultos juvenes, juvenesque lanistæ.  
 Sic libitum vano, qui nos distinxit, Othoni.  
 Quis gener hic placuit censu minor, atque puellæ 160  
 Sarcinulis impar? quis pauper scribitur heres: *money bags*  
 Quando in consilio est Ædilibus? agmine facto  
 Debuerant olim tenues migrasse Quirites.  
 Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat  
 Res angusta domi; sed Romæ durior illis 165  
 Conatus; magno hospitium miserabile, magno  
 Servorum ventres, & frugi cœnula magno. *the keeping*  
 Fœtibus cœnare pudet, quod turpe negavit X  
 Translatus subito ad Marfos mensamque Sabellam:  
 Contentusque illic veneto, duroque cucullo. *blue* 170  
 Pars magna Italiæ est (si verum admittimus) in qua  
 Nemo togam sumit, nisi mortuus. ipsa dierum  
 Festorum herbooso colitur si quando theatro  
 Majestas, tandemque redit ad pulpita notum *the solemnity*  
 Exodium, cum personæ pallentis hiatus *interlude* 175  
 In gremio matris formidat rusticus infans.

Curius Dentatus

Equales habitus illic, fimilesque videbis *costumes*  
 Orchestram, & populum: clari velamen honoris; *the upper classes*  
 Sufficiunt tunicae summis Aedilibus albæ. *scated in the*  
 Hic ultra vires habitus nitor: hic aliquid plus, *orchestra*  
 Quam satis est, interdum alienâ sumitur arcâ. 180  
 Commune id vitium est. Hic vivimus ambitiosa  
 Paupertate omnes. Quid te moror? Omnia Romæ  
 Cum pretio. Quid das, ut Cossuum aliquando salutes? *after long waiting*  
 Ut te respiciat clauso Vejento labello? *may look myself, or merit*  
 Ille metit barbam, crinem hic deponit amati. *ob you though he says*  
 Plena domus libis genialibus. accipe, & istud *at a word*  
 Fermentum tibi habe: præstare tributa clientes  
 Cogimur, & cultis augere peculia servis.  
 Quis timet, aut timuit gelida Prænestæ ruinam; *the 190 fall of a*  
 Aut positis nemorosa inter juga Volfiniis, aut *house*  
 Simplicibus Gabiis, aut proni Tiburis arce? *on the heights of slippery*  
 Nos urbem colimus tenui tibicine fultam *shades prop as Tibur*  
 Magnâ parte sui. nam sic labentibus obstat *the state charges support*  
 Villicus, & veteris rimæ contextit hiatum, *the singles*  
 Securos pendente jubet dormire ruina. 195  
 Vivendum est illic, ubi nulla incendia, nulli  
 Noctæ metus. Jam poscit aquam, jam frivola transfert  
 Ucalegon: tabulata tibi jam terria fumant:  
 Tu nescis. nam si gradibus trepidatur ab imis, *the alarps begin from*  
 Ultimus ardebit, quem tēgula sola tuetur *the bottom of the stairs*  
 A pluviâ, molles ubi reddunt ova columbæ. *he will be the last to*  
 Lectus erat Codro Proculâ minor, urceoli sex; *be burnt*  
 Ornamentum abaci; nec non & parvulus infra *side board*  
 Cambarus, & recubans sub eodem marmore Chiron; 205 *goblet*  
 Jamque vetus Græcos servabat cista libellos,

*se occi- tu*  
*-baros*  
 Et divina opici rodebant carmina mures.  
 Nil habuit Codrus. quis enim negat? & tamen illud  
 Perdidit infelix totum nihil: ultimus autem  
*addition to his meaning*  
 Erumnæ cumulus, quod nudum, & frustra rogantem *stiffes f* 219  
 Nemo cibo, nemo hospitio, tæstoque juvabit. *Roman met*  
 Si magna Asturici cecidit domus: horrida mater, *in mome*  
*old in meaning* Pullati proceres, differt vadimonia Prætor. *adjuvans conu*  
 Tunc gemimus casus urbis, tunc odimus ignem.  
 Adest adhuc, & jam accurrit, qui marmora donet, 215  
 Conferat impensas. Hic nuda, & candida signa,  
 Hic aliquid præclarum Euphranoris, & Polycleti,  
 Hæc Asianorum vetera ornamenta Deorum,  
*book cases*  
*a peck*  
 Hic libros dabit, & forylos, mediamque Minervam; *book f*  
 Hic modium argenti: meliora, & plura reponit 220  
 Perficus orborum lætissimus, & merito jam *the most rich*  
 Suspectus, tanquam ipse suas incenderit ædes. *provided of the*  
*book f*  
 Si potes avelli Circensibus, optima Soræ,  
 Aut Fabrateria domus, aut Frusinone paratur; *to be purch*  
 Quanti nunc tenebras unum conducis in annum. 225  
 Hortulus hic, puteusque brevis, nec recte movendus; *shall*  
 In tenues plantas facili diffunditur haustu.  
 Vive bidentis amans, & culti villicus horti: *En amores f*  
 Unde epulum possis centum dare Pythagoræis. *pilet f*  
 Est aliquid, quocunque loco, quocunque recessu; 230  
 Unius sese dominum fecisse lacertæ.  
 Plurimus hic æger moritur vigilando: sed illum *want of*  
 Languorem peperit cibus imperfectus, & hærens  
 Ardenti stomacho. nam quæ meritoria somnum *hinc latij*  
 Admittunt? magnis opibus dormitur in urbe. 235  
 Inde caput morbi: rhedarum transitus arcto



Vicorum inflexu, & stantis convicia mandræ *team*

Eripient somnum Druso, vitulisque marinis.

Si vocat officium, turbâ cedente vehetur

Dives, & ingenti curret super ora Liburno,

240

Atque obiter leget, aut scribet, vel dormiet intus.

Namque facit somnum clausâ lectica fenestra.

Ante tamen veniet: nobis properantibus obstat

Unda prior: magno populus premit agmine lumbos;

Qui sequitur; ferit hic cubito, ferit assere duro *head of a letter*

Alter; at hic tignum capiti incutit, ille metretam. *vine gallon*

Pingua crura lugo, plantâ mox undique magna *cock*

Calceat, & in digito clavus mihi militis hæret. *the hot nail of some soldier's shoe*

Nonne vides, quanto celebretur sportula fumo?

Centum convivæ: sequitur sua quemque culina.

250

Corbulo vix ferret tot vasa ingentia, tot res

Impositas capiti, quas recto vertice portat

Seryulus infelix, & cursu ventilat ignem.

Scinduntur tunicæ fartæ: modo longa coruscant *stray*

Sarraco veniente abies, atque altera pinum

255

Plaustra vehunt, nutant alte, populoque minantur.

Nam si procubuit, qui saxa Ligustica portat

Axis, & eversum fudit super agmina montem;

Quid superest de corporibus? quis membra, quis ossa

Invenit? obrutum vulgi perit omne cadaver *found 260 to powder*

More animæ. Domus interea secura patellas *bone choll*

Jam lavat, & buccâ foculum excitat, & sonat unctis

Strigilibus, pleno & componit lintea gutto.

Hæc inter pueros varie properantur: at ille

Jam sedet in ripa, tetrumque novitius horret

265

Porthmea, nec sperat coenosi gurgitis alium;

*Persius & Javernalis.*

*D.*

Infelix, nec habet quem porrigat ore tridentem. *this of an*

Respice nunc alia, ac diversa pericula noctis: *of*

Quod spatium testis sublimibus, unde cerebrum

Testa ferit, quoties rimosa, & curta fenestris

270

Vasa cadunt; quanto percussum pondere signent,

Et lædant filicem. Possis ignavus haberi,

Et subiti casus improvidus, ad cœnam fi

Intestatus eas. adeo tot fata, quot illâ *the uses of death*

Noctæ patrent vigiles, te prætereunte, fenestræ.

275

Ergo optes, votumque feras miserabile tecum,

Ut sint contentæ patulas defundere pelves. *to pour out the*

Ebrius, & petulans, qui nullum forte cecidit; *head to*

Dat poenas, noctem patitur lugentis amicum

Pelidæ, cubat in faciem, mox deinde supinus:

280

Ergo non aliter poterit dormire? Quibusdam

Somnum rixa facit: sed, quamvis improbus annis; *reckless*

Atque mero fervens, cavet hunc, quem coccina læna *scarlet*

Vitari jubet, & comitum longissimus ordo:

*cloak*

Multum præterea flammaram, & ænea lampas:

285

Me, quem Luna solet deducere, vel breve lumen *to escort*

Candelæ, cujus dispenso & tempero filum, *spread out and*

Contemnit. Miseræ cognosce procemia rixæ, *economize*

Si rixa est, ubi tu pulsas, ego vâpulo tantum.

Stat contra, starique jubet; parere necesse est.

290

Nam quid agas; cum te furiosus cogat, & idem

Fortior? unde venis? exclamat: cujus aceto,

Cujus conche tumes? quis tecum sectile porrum *bean*

Sutor, & elixi vervecis labra comedit? *boiled sheep's*

Nil mihi respondes? aut dic, aut accipe calcem: *kind*

295

Ede, ubi consistas, in quâ te quæro proseucha?

*stay*

*Jewish praying house  
or begging stand  
the porch.*

Dicere si tentes aliquid, tacitusve recedas,  
 Tantundem est: feriunt pariter: vadimonia deinde *malce you give*  
 Irati faciunt. Libertas pauperis hæc est: *baile for the assault*  
 Pulsatus rogat, & pugnis concisus adorat; *cat up 300 with fist-cuffs*  
 Ut liceat paucis cum dentibus inde reverti.

Nec tamen hæc tantum metuas. nam, qui spoliet te,  
 Non deerit, clausis domibus postquam omnis ubique *every fastening of*  
 Fixa catenatæ filuit compāgo tabernæ. *the chain & rope*  
 Interdum & ferro subitus grassator agit rem; *a froped 305 in your hand*  
 Armato quoties turæ custode tenentur  
 Et Pomtina palus, & Gallinaria pinus.  
 Sic inde huc omnes tanquam ad vivaria currunt: *some vast preserve*  
 Quâ fornæce graves, quâ non incûde catenæ?  
 Maximus in vinclis ferri modus, ut timeas, ne *quantity rose consumed*  
 Vomer deficiat, ne marræ, & sarçula defint. *mattocks and hoes*  
 Felices proavorum atavos, felicia dicas *our forefathers of early times*  
 Secula, quæ quondam sub regibus, atque tribunis  
 Viderunt uno contentam carcere Romam.

His alias poteram, & plures subnectere causas: 315  
 Sed jumenta vocant, & sol inclinât: eundum est.  
 Nam mihi commotâ jamdudum mulio virgâ  
 Innuit: ergo vale nostri memor, & quoties te *has been since now a hint*  
 Roma tuo refici properantem reddet Aquino,  
 Me quoque ad Helvinam Cererem, vestramque Dianam, 320 *sc silvas yellow*  
 Converte a Cumis: fatirarum ego (ni pudet illas) *antho*  
 Adjutor gelidos veniam caligatus in agros.

*becoming oldies shoes - fully equipped*

## SATIRA IV.

**E**CCĒ iterum Crispinus, & est mihi sæpe, vocandas.

Ad partes, monstrum nulla virtute redemptum

A viriis, æger, solaque libidine fortis:

Delicias viduæ tantum aspernatur adulter.

Quid refert igitur, quantis jumenta fatiget

Porticibus? quanta nemorum vēctetur in umbra?

Jugera quot vicina foro, quas emerit ædes?

Nemo malus felix; minime corruptor, & idem

Incestus, cum quo nuper vittata jacebat

Sanguine adhuc vivo terram subitura sacerdos.

Sed tunc de factis levioribus: & tamen alter

Si fecisset idem, caderet sub iudice morum.

Nam quod turpe bonis, Titio Sejoque, decebat

Crispinum. quid agas, cum dira, & foedior omni

Crimine persona est? nullum sex millibus emit,

Æquantem sane paribus sestertia libris,

Ut perhibent, qui de magnis majora loquuntur.

Consilium laudo artificis, si munere tanto

Præcipuam in tabulis ceram senis abstulit orbi.

Est ratio ulterior, magnæ si misit amicæ,

Quæ vehitur clauso latis specularibus antro.

Nil tale exspectes: emit sibi. multa videmus,

Quæ miser & frugi non fecit Apicius. hoc tu

Succinctus patria quondam, Crispine, papyro?

Hoc pretio squamæ? potuit fortasse minoris

Piscator, quam piscis, emi. Provincia tanti

Vendit agros: sed majores Apulia vendit.

Quales tunc epulas ipsum glutisse putemus

Induperatorem? cum, tot festertia, partem

Exiguam, & modicæ sumtam de margine coenæ

Purpureus magni ructarit scurra Palati,

Jam princeps Equitum, magna qui voce solebat,

Vendere municipes pasta mercede filuros:

Incipe, Calliope, licet & considerare: non est

Cantandum, res vera agitur: narrate, puellæ.

Pierides: prosit mihi vos dixisse puellas.

Cum jam semianimum laceraret Flavius orbem

Ultimus, & calvo servitret Roma Neroni,

Incidit Adriaci spatium admirabile rhombi

Ante domum Veneris, quam Dorica sustinet Aneon,

Implevitque sinus: neque enim minor hæferat illis,

Quos operit glacies Mæotica, ruptaque tandem

Solibus effundit torpentis ad ostia ponti

Desidia tardos, & longo frigore pingues.

Destinat hoc monstrum cymbæ linique magister

Pontifici summo. quis enim proponere talem,

Aut emere auderet? cum plena & litora multo

Delatore forent: dispersa protinus algæ

Inquiritores agerent cum remige nudo,

Non dubitaturi fugitivum dicere piscem,

Depastumque diu vivaria Cæsaris, inde

Elapsum veterem ad dominum debere reverti?

Si quid Palfurio, si credimus Armillato,

Quidquid conspicuum, pulchrumque est æquore toto,

Res fisci est, ubicunque natat: donabitur ergo,

Ne pereat, jam letifero cedente pruinis

*bestian-foot.*

*shad-fish*

*Comitia*

Autumno, jam quartanam sperantibus ægris.  
 Stridebat deformis hiems, prædamque recentem  
 Servabat: tamen hic properat, velut urgeat Ausser:  
 Utque lacus suberant, ubi, quanquam diruta, servat 60  
 Ignem Trojanum, & Vestam colit Alba minorem,  
 Obstitit intranti miratrix turba parumper,  
 Ut cessit: facili patuerunt cardine valvæ.  
 Exclufi expectant admiffa obsonia patres.  
 Itur ad Atridem. tum Picens, Accipe, dixit;  
 Privatis majora focus: genialis agatur 65  
 Ille dies, propera stomachum laxare saginis,  
 Et tua servatum consume in secula rhombum.  
 Ipse capi voluit. quid apertius? & tamen illi  
 Surgebant cristæ. Nihil est, quod credere de se 70  
 Non possit, cum laudatur Dis æqua potestas.  
 Sed deerat pisci patinæ mensura. vocantur  
 Ergo in consilium procæres, quos oderat ille;  
 In quorum facie miseræ magnæque sedebat  
 Pallor amicitia. Primus, clamante Liburno, 75  
 Currite, jam sedit, rapta properabat abolla  
 Pegafus, attonitæ positus modo villicus urbi.  
 Anne aliud tunc præfecti? quorum optimus, atque  
 Interpres legum sanctissimus, omnia quanquam  
 Temporibus diris tractanda putabat inermi 80  
 Justitia. Venit & Crispi jucunda senectus,  
 Cujus erant mores, qualis facundia, mite  
 Ingenium. maria, ac terras, populosque regenti  
 Quis comes utilior, si clade, & peste sub illa  
 Sævitiâ damnare, & honestum afferre liceret 85  
 Consilium? sed quid violentius aure tyranni:

Cum quo de pluviis, aut æstibus, aut nimboſo.

Vere locuturi fatum pendebat amici?

Ille igitur nunquam direxit brachia contra

Torrentem, nec civis erat, qui libera poſſet

90.

Verba animi proferre, & vitam impendere vero.

Sic multas hiemes, atque octogefima vidit

Solſtitia. His armis, illa quoque tutus in aula,

Proximus ejuſdem properabat Acilius ævi

Cum juvene, indigno, quem mors tam ſæva maneret,

95

Et domini gladiis tam feſtinata: ſed olim

Prodigio par eſt cum nobilitate ſeneſtus:

Unde fit, ut malim fraterculus eſſe gigantis.

Proſuit ergo nihil miſero, quod cominus urſos

Figebat Numidas, Albana nudus arena

100

Venator. Quis enim jam non intelligat artes.

Patricias? Quis priſcum illud miratur acumen,

Brute, tuum? ſacile eſt barbato imponere regi.

Nec melior vultu, quamvis ignobilis, ibat

Rubrius, offeſſæ veteris reus atque tacendæ,

105

Et tamen improbior Satiram ſcribente cinædo.

Montani quoque venter adefſt abdomine tardus:

Et matutino fudans Crispinus amomo,

Quantum vix redolent duo funera. ſævior illo.

Pompejus tenui jugulos aperire ſuſurro:

110

Et qui vulturibus ſervabat viſcera Dacis

Fuſcus, marmorea meditatus proelia villa:

Et cum mortifero prudens Vejento Catullo,

Qui nunquam viſæ flagrabat amore puellæ:

Grande, & conſpicuum noſtro quoque tempore monſtrum!

Cæcus, adulator, diruſque a ponte ſatelles,

(115

Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes,  
 Blandaue devexæ jactaret basia rhedæ.  
 Nemo magis rhombum stupuit: nam plurima dixit  
 In lævum conversus: at illi dextra jacebat 120  
 Bellua: sic pugnas Cilicis laudabat, & ictus,  
 Et pegma, & pueros inde ad velaria raptos.  
 Non cedit Vejento: sed, ut fanaticus, œstro  
 Percussus, Bellona, tuo divinat, &, Ingens  
 Omen habes, inquit, magni clarique triumphi: 125  
 Regem aliquem capies, aut de temone Britanno  
 Excidet Arviragus. péregrina est bellua. Cernis  
 Erectas in terga sudes? hoc defuit unum  
 Fabricio, patriam ut rhombi memoraret, & annos.  
 Quidnam igitur censes? conciditur? Absit ab illo 130  
 Dedecus hoc, Montanus ait. testa alta paretur,  
 Quæ tenui muro spatiosum colligat orbem.  
 Debetur magnus patinæ subitusque Prometheus.  
 Argillam, atque rotam citius properate: sed ex hoc  
 Tempore jam, Cæsar, figuli tua castra sequantur. 135  
 Vicit digna viro sententia: noverat ille  
 Luxuriam imperii veterem, noctesque Neronis  
 Jam medias, aliamque famem, cum pulmo Falerno  
 Arderet. Nulli major fuit usus edendi  
 Tempestate mea. Cireeis nata forent, an 140  
 Lucrinum ad saxum, Rutupinove edita fundo  
 Ostrea, callebat primo deprendere morfu;  
 Et semel aspecti litus dicebat echini.  
 Surgitur, & misso proceres exire jubentur  
 Concilio, quos Albanam dux magnus in arcem 145  
 Traxerat attonitos, & festinare coactos,



Tanquam de Cattis aliquid, torvisque Sicambris  
 Dicturus, tanquam & diversis partibus orbis  
 Anxia præcipiti venisset epistola pinna.

Atque utinam his potius nugis tota illa dedisset  
 Tempora sævitæ, claras quibus abstulit urbi,  
 Illustresque animas impune, & vindice nullo!  
 Sed periit, postquam cerdonibus esse timendus  
 Cœperat: hoc nocuit Lamiarum cæde madenti.

150

## S A T I R A V.

**S**I re propositi nondum pudet, atque eadem est mens;

Ut bona summa putes, aliena vivere quadra;

Si potes illa pati, quæ nec Sarmentus iniquas

Cæsaris ad mensas, nec vilis Galba tulisset;

Quamvis jurato metuam tibi credere testi.

Ventre nihil novi frugalius: hoc tamen ipsum

Defecisse puta, quod inani sufficit alvo.

Nulla crepido vacat: nusquam pons, & tegetis pars

Dimidia brevior. tantine injuria cœnæ?

Tam jejuna fames? quin poscis? honestius illic

Et tremere, & sordes farris mordere canini.

Primo fige loco, quod tu discumbere jussus

Mercedem solidam veterum capis officiorum.

Fructus amicitiae magnæ cibus: imputat hunc rex,

Et, quamvis rarum, tamen imputat. Ergo duos post

Si libuit menses neglectum adhibere clientem,

Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto,

Una sumus, ait. vatorum summa: quid ultra

5

10

15

Quæris? habet Trebius, propter quod rumpere somnum  
 Debeat, & ligulas dimittere, sollicitus, ne 20  
 Tota salutatrix jam turba peregerit orbem  
 Sideribus dubiis, aut illo tempore, quo se  
 Frigida circumagunt pigri satraca Bootæ.  
 Qualis coena tamen? vinum, quod succida nolit  
 Lana pati: de conviva Corybanta videbis. 25  
 Jurgia proludunt: sed mox & pocula torques  
 Saucius, & rubra deterges vulnera mappa.  
 Inter vos quoties, libertorumque cohortem  
 Pugna Saguntina fervet commissa lagena:  
 Ipse capillato diffusum consule potat, 30  
 Calcatamque tenet bellis socialibus uvam,  
 Cardiaco nunquam cyathum missurus amico.  
 Cras bibet Albanis aliquid de montibus, aut de  
 Serinis, cujus patriam, titulumque senectus  
 Delevit multa veteris fuligine testæ: 35  
 Quale coronati Thrasea Helvidiusque bibebant,  
 Brutorum & Cassi natalibus. Ipse capaces  
 Heliadum crustas, & inæquales beryllo  
 Virro tenet phialas: tibi non committitur aurum;  
 Vel, si quando datur, custos affixus ibidem, 40  
 Qui numeret gemmas, unguesque observet acutos.  
 Da veniam: præclara illi laudatur iaspis.  
 Nam Virro (ut multi) gemmas ad pocula transfert  
 A digitis, quas in vaginæ fronte solebat  
 Ponere zelotypo juvenis prælatus Hiarbæ. 45  
 Tu Beneventani futoris nomen habentem  
 Siccabis calicem nasorum quatuor, ac jam  
 Quassatum, & rupto poscentem suffura vitæ:

Si stomachus domini fervet vinoque, ciboque,  
Frigidior Geticis petitur decocta pruinis.

59

Non eadem vobis poni modo vina querebar:

Vos aliam potatis aquam. tibi pocula cursor

Getulus dabit, aut nigri manus ossæ Mauri,

Et cui per mediam nolis occurrere noctem,

Clivosæ veheris dum per monumenta Latinæ.

59

Flos Asiæ ante ipsum, pretio majore paratus,

Quam fuit & Tulli census pugnacis, & Anci:

Et, ne te teneam, Romanorum omnia regum

Frivola. Quod cum ita sit, tu Gætulum Ganymedem

Respice, cum fities. nescit tot millibus emtus

60

Pauperibus miscere puer: sed forma, sed ætas

Digna supercilio. quando ad te pervenit ille?

Quando vocatus adest calidæ gelidæque minister?

Quippe indignatur veteri parere clienti,

Quodque aliquid poscas, & quod se stante recumbas.

61

Maxima quæque domus servis est plena superbis.

Ecce alius quanto porrexit murmure panem

Vix fractum, solidæ jam mucida frustra farinæ,

Quæ genuinum agitent, non admittentia morsum.

Sed tener, & niveus, mollique filigine factus,

70

Servatur domino. dextram cohibere memento.

Salva sit artoptæ reverentia: finge tamen te

Improbulum, superest illic, qui ponere cogat:

Vis tu consuetis audax conviva canistris

Impleri, panisque tui novisse colorem?

71

Scilicet hoc fuerat, propter quod, sæpe relicta

Conjuge, per montem adversum, gelidasque cucurri

Esquilias, fremeret sæva cum grandique vernus

Juppiter, & multo stillaret pænula nimbo! *shagay, nar: M*  
 Aspice, quam longo distendat pectore lancem, *cl: sh - 80*  
 Quæ fertur domino squilla, & quibus undique septa *loc: t*  
 Asparagis, qua despiciat convivia cauda,  
 Cum venit excelsi manibus sublata ministri.  
 Sed tibi dimidio constrictus cammarus ovo. *a oval: 85*  
 Ponitur, exigua feralis cœna patella. *85*  
 Ipse Venafrano piscem perfundit: at hic, qui  
 Pallidus affertur misero tibi caulis, olebit  
 Laternam: illud enim vestris datur alveolis, quod  
 Canna Micipsarum prora subvexit acuta;  
 Propter quod Romæ cum Bocchare nemo lavatur, *X 90*  
 Quod tutos etiam facit a serpentibus Afros.  
 Mullus erit domini, quem misit Cœfrica, vel quem  
 Tauromenitanæ rupes, quando omne peractum est,  
 Et jam defecit nostrum mare, dum gula sævit,  
 Retibus assiduis penitus scrutante macello *95*  
 Proxima, nec patitur Tyrrhenum crescere piscem.  
 Instruit ergo focum provincia: sumitur illinc  
 Quod captator emat Lenas, Aurelia vendat.  
 Virroni muræna datur, quæ maxima venit  
 Gurgite de Siculo: nam, dum se continet Auster, *100*  
 Dum sedet, & siccat madidas in carcere pennas,  
 Contempnunt mediam temeraria lina Charybdim.  
 Vos anguilla manet longæ cognata colubræ,  
 Aut glacie aspersus maculis Tiberinus, & ipse  
 Vernula riparum pinguis torrente cloaca, *105*  
 Et solitus mediæ cryptam penetrare Suburræ.  
 Ipsi pauca velim, facilem si præbeat aurem:  
 Nemo petit, modicis quæ mittebantur amicis.

A Seneca, quæ Piso bonus, quæ Cotta solebat  
 Largiri: namque & titulis, & fascibus olim 110  
 Major habebatur donandi gloria: solum  
 Poscimus, ut cœnes civiliter. hoc face, & esto;  
 Esto, ut nunc multi, dives tibi, pauper amicis.  
 Anseris ante ipsum magni jecur, anseribus par  
 Altilis, & flavi dignus ferro Meleagri 115  
 Fumat aper: post hunc tradentur tubera, si ver  
 Tunc erit, & facient optata tonitrua cœnas  
 Majores: Tibi habe frumentum, Alledius inquit,  
 O Lybie; disjunge boves, dum tubera mittas.  
Structorem interea, ne qua indignatio desit, a hoc. structorem 120  
 Saltantem spectes, & chironomonta volanti  
 Cultello, donec peragat dictata magistri  
 Omnia; nec minimo sane discrimine refert  
 Quo gestu lepores, & quo gallina secetur.  
 Duceris planta, velut ictus ab Hercule Cacus, 125  
 Et ponere foris, si quid tentaveris unquam  
 Hiscere, tanquam habeas tria nomina. Quando propinat  
 Virro tibi, sumitque tuis contacta labellis  
 Pocula? quis vestrum temerarius usque adeo, quis  
 Perditus, ut dicat regi, bibe? Plurima sunt, quæ 130  
 Non audent homines pertusa dicere læna.  
 Quadringenta tibi si quis Deus, aut similis Dis,  
 Et melior fatis donaret homuncio: quantus  
 Ex nihilo fieres, quantus Virronis amicus!  
 Da Trebio. pone ad Trebium. Vis frater ab ipsis 135  
 Illibus? o nummi, vobis hunc præstat honorem,  
 Vos estis fratres. Dominus tamen, & domini rex  
 Si vis tu fieri, nullus tibi parvulus aula

Luferit Æneas, nec filia dulcior illo:

Jucundum, & carum sterilis facit uxor amicum. 140

Sed tua nunc Mycale pariat licet; & pueros tres

In gremium patris fundat simul; ipse loquaci

Gaudebit nido: viridem thoraca jubebit

Auferri, minimasque nuces, affemque rogatum;

Ac mensam, quoties parasitus venerit infans. 145

Vilibus ancipites fungi ponentur amicis,

Boletus domino; sed quales Claudius edit

*mushrooms*

Ante illum uxoris, post quem nil amplius edit.

Virro sibi, & reliquis Virronibus illa jubebit

Poma dari, quorum solo pascaris odore: 150

Qualia perpetuus Phæacum autumnus habebat;

Crede quæ possis surrepta sororibus Afris:

Tu scæbie frueris mali, quod in aggere rodit,

Qui tegitur parma, & galea, metuensque flagelli

Discit ab hirsuta jaculum torquere capella. 155

Forfitan impensæ Virronem parcere credas:

Hoc agit, ut doleas. nam quæ comœdia, mimus

Quis melior plorante gula? ergo omnia fiunt,

Si nescis, ut per lacrimas effundere bilem

Cogaris, pressoque diu stridere molari. 160

Tu tibi liber homo, & regis conviva videris:

Captum te nidore suæ putat ille culinæ:

Nec male coniectat. quis enim tam nudus, ut illum

Bis ferat, Etruscum puero si contigit aurum,

Vel nodus tantum, & signum de paupere loro? 165


Spes bene coenandi vos decipit. ecce dabit jam

Semefum leporem, atque aliquid de clunibus apri:

Ad nos jam veniet minor attilis. inde parato,

Intaetoque omnes, & stricto pane tacetis.  
Ille sapit, qui te sic utitur. omnia ferre  
Si potes, & debes; pulsandum vertice raso  
Præbebis quandoque caput, nec dura timebis  
Flagra pati, his epulis, & tali dignus amico.

170



D. JUNII JUVENALIS  
 AQUINATIS  
 SATIRARUM  
 LIBER SECUNDUS.

---

SATIRA VI.

**C**REDO pudicitiam Saturno rege moratam  
 In terris, visamque diu, cum frigida parvas  
 Præberet spelunca domos, ignemque, laremque,  
 Et pecus, & dominos communi clauderet umbra;  
 Silvestrem montana torum cum sterneret uxor  
 Frondibus & culmo, vicinarumque ferarum  
 Pellibus: haud similis tibi, Cynthia, nec tibi, cujus  
 Turbavit nitidos exstinctus passer ocellos:  
 Sed potanda ferens infantibus ubera magnis,  
 Et sæpe horridior glandem ructante marito.  
 Quippe aliter tunc orbè novo, cœloque recenti  
 Vivebant homines: qui rupto robore nati,  
 Compositive luto nullos habuere parentes.  
 Multa pudicitia veteris vestigia forsan,

5

10



Aut aliqua exfiterint, & sub Jove; sed Jove nondum 15  
 Barbato, nondum Græcis jurare paratis  
 Per caput alterius, cum furem nemo timeret  
 Caulibus, aut pomis, sed aperto viveret horro.  
 Paulatim deinde ad superos Afræa recessit,  
 Hac comite atque duæ pariter fugere sorores. 20  
 Antiquum & vetus est alienum, Posthume, lectum  
 Concutere, atque sacri genium contemnere fulcri.  
 Omne aliud crimen mox ferrea protulit ætas.  
 Viderunt primos argentea secula moechos.  
 Conventum tamen, & pactum, & sponsalia nostra 25  
 Tempestate paras, jamque a tonsore magistro  
 Pæsteris, & digito pignus fortasse dedisti.  
 Certe sanus eras! uxorem, Posthume, ducis?  
 Dic, qua Tisiphone, quibus exagitare colubris?  
 Ferre potes dominam salvis tot restibus ullam? 30  
 Cum pateant altæ caligantesque fenestræ?  
 Cum tibi vicinum se præbeat Æmilius pons?  
 Aut si de multis nullus placet exitus, illud  
 Nonne putas melius, quod tecum pufio dormit;  
 Pufio, qui noctu non litigat, exigit a te 35  
 Nulla jacens illic munuscula, nec queritur, quod  
 Et lateri parcas, nec, quantum jussit, anheles.  
 Sed placet Urfidio lex Julia: tollere dulcem  
 Cogitat heredem cariturus turture magno,  
 Mullorumque jubeis, & captatore macello. 40  
 Quid fieri non posse putes, si jungitur ulla  
 Urfidio? si moechorum notissimus olim  
 Stulta maritali jam porrigit ora capistro;  
 Quem toties texit perituri cista Latini?  
*Perfius & Juvenalis.* E

Quid, quod & antiquis uxor de moribus illi  
 Quæritur? o medici mediam pertundite venam:  
 Delicias hominis! Tarpejum limen adora  
 Pronus, & auratam Junoni cæde juvencam;  
 Si tibi contigerit capitis matrona pudici.  
 Pauca adeo Cereris vittas contingere digna;  
 Quarum non timeat pater oscula. Necte coronam  
 Postibus, & densos per limina tende corymbos.  
 Unus Iberinæ vir sufficit? ocium illud  
 Extorquebis, ut hæc oculo contenta sit uno.  
 Magna tamen fama est cujusdam rure paterno  
 Viventis. vivat Gabiis, ut vixit in agro:  
 Vivat Fidenis, & agello cedo paterno.  
 Quis tamen affirmat, nil actum in montibus, aut in  
 Speluncis? adeo senuerunt Juppiter & Mars?  
 Porticibusne tibi monstratur femina voto  
 Digna tuo? cuneis an habent spectacula totis  
 Quod securus ames, quodque inde excerpere possis?  
 Chironomon Ledam molli saltante Bathyllo  
 Tuccia vesicæ non imperat: Apula gannit,  
 Sicut in amplexu: subitum, & miserabile, longum  
 Attendit Thymele; Thymele tunc rustica discit.  
 Ast aliæ, quoties aulæa recondita cessant,  
 Et vacuo clausoque sonant fora sola teatro,  
 Atque a plebejis longe Megalesia; tristes  
 Personam, thyrsūque tenent, & subligar Acci.  
 Urbicus exodio risum movet Atelanæ  
 Gestibus Autonoes: hunc diligit Ælia pauper.  
 Solvitur his magno comoedi fibula. sunt, quæ  
 Chryfogonum cantare vetent. Hispulla tragoædo

45

50

55

60

65

70

S A T I R A VI.

67

Gaudet. an expectas, ut Quintilianus ametur?  
 Accipis uxorem, de qua citharædus Echion,  
 Aut Glaphyrus fiat pater, Ambrosiusque choraules:  
 Longa per angustos figamus pulpita vicos:  
 Ornentur postes, & grandi janua lauro,  
 Ut testudineo tibi, Lentule, conopeo 80  
 Nobilis Euryalum mirmillonem exprimat infans.  
 Nupta Senatori comitata est Hippiæ Ludium  
 Ad Pharon, & Nilum, famosaque mœnia Lagi,  
 Prodigia & mores urbis, damnante Canopo.  
 Immemor illa domus, & conjugis, atque sororis, 85  
 Nil patriæ indulgit; plorantesque improba natos,  
 Utque magis stupeas, ludos Paridemque reliquit. *v. Luc. 5. 667*  
 Sed quanquam in magnis opibus, plumaque paterna,  
 Et segmentatis dormisset parvula cunis,  
 Contemnit pelagus: famam contemserat olim, 90  
 Cujus apud molles minima est jactura cathedras.  
 Tyrrhenos igitur fluctus, lateque sonantem  
 Pertulit Ionium constanti pectore, quamvis  
 Mutandum toties esset mare. justa pericli  
 Si ratio est, & honesta; timent, pavidoque gelantur 95  
 Pectore, nec tremulis possunt insistere plantis:  
 Fortem animum præstant rebus, quas turpiter audent.  
 Si jubeat conjux, durum est conscendere navim,  
 Tunc sentina gravis, tunc summus vertitur aer.  
 Quæ mœchum sequitur, stomacho valet. illa maritum 100  
 Convomit: hæc inter nautas & prandet, & errat  
 Per puppem, & duros gaudet tractare rudentes.  
 Qua tamen exarsit forma, qua capta juventa  
 Hippiæ? quid vidit, propter quod Ludia dici

Sustinuit? nam Sergiolus jam radere guttur 105  
 Cœperat, & secto requiem sperare lacerto.  
 Præterea multa in facie deformia; sicut  
 Attritus galea, mediisque in naribus ingens  
 Gibbus, & acre malum semper stillantis ocelli:  
 Sed gladiator erat. facit hoc illos Hyacinthos: 110  
 Hoc pueris, patriæque, hoc prætulit illa sorori,  
 Atque viro. ferrum est, quod amant. hic Sergius idem  
 Accepta rude cœpisset Vejento videri.  
 Quid privata domus, quid fecerit Hippia curas?  
 Respice rivales Divorum: Claudius audi 115  
 Quæ tulerit. Dormire virum cum senserat uxor,  
 Ausa Palatino tegetem præferre cubili,  
 Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos,  
 Linquebat comite ancilla non amplius una:  
 Sed, nigrum flavo crinem abscondente galero, 120  
 Intravit calidum veteri centone lupanar,  
 Et cellam vacuum, atque suam. tunc nuda papillis  
 Constitit auratis, titulum mentita Lyciscæ,  
 Ostenditque tuum, generose Britannice, ventrem.  
 Exceptit blanda intrantes, atque æra poposcit; 125  
 Et resupina jacens multorum absorbuit ictus.  
 Mox, lenone suas jam dimittente puellas,  
 Tristis abit: &, quod potuit, tamen ultima cellam  
 Clausit, adhuc ardens rigidæ tentigine vulvæ,  
 Et lassata yris, necdum satiata recessit: 130  
 Obscurisque genis turpis, fumoque lucernæ  
 Foeda lupanaris tulit ad pulvinar odorem.  
 Hippomanes, carmenque loquar, coctumque venenum,  
 Privignoque datum? faciunt graviora coactæ

Imperio sexus, minimumque libidine peccanti  
 Optima sed quare Cefennia, teste marito?  
 Bis quingenta dedit, tanti vocat ille pudicam,  
 Nec Veneris pharetris macer est, aut lampade fervet:  
 Inde faces ardent, veniunt a dote sagittæ.  
 Libertas emitur: coram licet innuat, atque  
 Rescribat, vidua est, læcuples quæ nupsit avaro.  
 Cur desiderio Bibulæ Sertorius ardet?  
 Si verum excutias, facies, non uxor amatur.  
 Tres rugæ subeant, & se cutis arida laxet,  
 Fiant obscuri dentes, oculique minores:  
 Collige sarcinulas, dicit libertus, & exi:  
 Jam gravis es nobis, & sæpe emungeris, exi.  
 Ocius, & propera: sicco venit altera naso.  
 Interea calet, & regnat, poscitque maritum  
 Pastores, & ovem Canusinam, ulmosque Falernas.  
 Quantum in hoc? pueros omnes, ergastula tota,  
 Quodque domi non est, & habet vicinus, ematur:  
 Mense quidem brumæ, quo jam mercator lason  
 Clausus, & armatis obstat casa candida nautis,  
 Grandia tolluntur crystallina, maxima rursus  
 Myrrhina, deinde adamas notissimus, & Beronices  
 In digito factus pretiosior: hunc dedit olim  
 Barbarus incestæ, dedit hunc Agrippa sorori,  
 Observant ubi festa mero pede sabbata reges,  
 Et vetus indulget senibus clementia porcis.  
 Nullane de tantis gregibus tibi digna videtur?  
 Sit formosa, decens, dives, foecunda, vetustos  
 Porticibus disponat avos, intactior omni  
 Cinibus effusus bellum dirimente Sabina:

Rara avis in terris, nigroque simillimâ cygno. 169  
 Quis feret uxorem, cui constant omnia? malo;  
 Malo Venuſinam, quam te, Cornelia mater  
 Gracchorum, ſi cum magnis virtutibus affers  
 Grande ſupercilium, & numeras in dote triumphos:  
 Tolle tuum, precor, Hannibalem, victumque Syphacem 170  
 In caſtris, & cum tota Carthagine migra.

Parce, precor, Pæan, & tu Dea pone ſagittas;  
 Nil pueri faciunt, ipſam configite matrem!

Amphion clamat: ſed Pæan contrahit arcum.

Extulit ergo greges natorum, ipſumque parentem; 175  
 Dum ſibi nobilior Latonæ gente videtur,  
 Atque eadem ſcrofa Niobe ſœcundior alba.

Quæ tanti gravitas, quæ forma, ut ſe tibi ſemper  
 Imputet? hujus enim rari ſummique voluptas

Nulla boni, quoties animo corrupta ſuperbo 180  
 Plus aloes, quam mellis habet. quis deditus autem  
 Uſque adeo eſt, ut non illam, quam laudibus effert;  
 Horreat, inque diem ſeptenis oderit horis?

Quædam parva quidem: ſed non toleranda maritis:

Nam quid rancidius, quam quod ſe non putat ulla 185  
 Formoſam, niſi quæ de Tuſca Græcula facta eſt?

De Sulmonenſi mera Cecropis? omnia Græce,  
 Cum ſit turpe magis noſtris nescire Latine.

Hoc ſermone pavent, hoc iram, gaudia, curas;  
 Hoc cuncta effundunt animi ſecreta. quid ultra? 190

Concumbunt Græce. dones tamen iſta puellis:  
 Tune etiam, quam ſextus & octogefimus annus  
 Pulſat, adhuc Græce? non eſt hic ſermo pudicus  
 In vetula, quoties laſcivum intervenit illud,

Ζωὴ καὶ ψυχὴ, modo sub lodice relictis

195

Uteris in turba, quod enim non excitet inguen

Vox blanda, & nequam? digitos habet. ut tamen omnes

Subsidant pennæ; dicas hæc mollius Æmo,

Quanquam & Carpophoro; facies tua computat annos.

Si tibi legitimis pactam junctamque tabellis

200

Non es amaturus, ducendi nulla videtur

Causa: nec est, quare cœnam, & mustacea perdas,

Labente officio, crudis donanda: nec illud,

Quod prima pro nocte datur, cum lance beata

Dacicus, & scripto radiat Germanicus auro.

205

Si tibi simplicitas uxoria, deditus uni

Est animus: summitte caput cervicæ parata

Ferre jugum: nullam invenies, quæ parcat amanti.

Ardeat ipsa licet, tormentis gaudet amanti,

Et spoliis. igitur longe minus utilis illi

210

Uxor, quisquis erit bonus optandusque maritus.

Nil unquam invita donabis conjuge: vendas

Hac obstante nihil: nihil, hæc si nolet, emetur.

Hæc dabit affectus: ille excludatur amicus

Jam senior, cujus barbam tua janua vidit.

215

Testandi cum sit lenonibus, atque lanistis;

Libertas, & juris idem contingat arenæ;

Non unus tibi rivalis distabitur heres.

Pone crucem servo. meruit quo crimine servus

Supplicium? quis testis adest? quis detulit? audi,

220

Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa est.

O demens, ita servus homo est? nil fecerit, esto;

Hoc volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas.

Imperat ergo viro: sed mox hæc regna relinquit.

Permutatque domos, & flammea conerit: inde 225

Advolat, & sprete repetit vestigia lecti.

Ornatas paulo ante fores, pendentia linquit

Vela domus, & adhuc virides in limine ramos.

Sic crescit numerus; sic fiunt octo mariti,

Quinque per autumnos: titulo res digna sepulcri. 230

Desperanda tibi salva concordia socru:

Illa docet spoliis nudi gaudere mariti:

Illa docet, missis a corruptore tabellis,

Nil rude, nec simplex rescribere: decipit illa

Custodes, aut ære domat: tunc corpore sano 235

Advocat Archigenem, onerosaque pallia jactat:

Abditus interea latet arcessitus aduher,

Impatensque moræ filet, & præputia ducit.

Scilicet exspectas, ut tradat mater honestos,

Atque alios mores, quam quos habet? utile porro. 240

Filiolam turpi vetulæ producere turpem.

Nulla fere causa est, in qua non femina litem

Moverit. accusat Manilia, si rea non est.

Componunt ipsæ per se, formantque libellos,

Principium atque locos Celfo dictare paratæ. 245

Endromidas Tyrias, & femineum ceroma

Quis nescit? vel quis non vidit vulnera pali?

Quem cavat affiduis sudibus, scutoque laceffit,

Atque omnes implet numeros, dignissima prorsus

Florali matrona tuba, nisi si quid in illo 250

Pectore plus agitet, veræque paratur arenæ.

Quem præstare potest mulier galeata pudorem,

Quæ fugit a sexu? vires amat. hæc tamen ipsa

Vir nollet feri. nam quantula nostra voluptas?



Quale decus rerum, si conjugis auctio fiat,  
 Balteus, & manicæ, & cristæ, crurisque finistri  
 Dimidium tegmen: vel si diversa movebit  
 Proelia, tu felix ocreas vendente puella.  
 Hæ sunt, quæ tenui sudant in cyclade, quarum  
 Delicias & panniculus bombycinus urit.  
 Aspice, quo fremitu monstratos perferat ictus,  
 Et quanto galeæ curvetur pondere, quanta  
 Poplitibus sedeat, quam denso fascia libro,  
 Et ride, positis scaphium cum sumitur armis.  
 Dicite vos neptes Lepidi, cæcivo Metelli,  
 Gurgitis aut Fabii, quæ ludia sumserit unquam  
 Hos habitus? quando ad palum gemat uxor Asyli?

259

260

garment

Semper habet lites, alternaque jurgia lectus,  
 In quo nupta jacet: minimum dormitur in illo.  
 Cum gravis illa viro, tunc orba tigride peior,  
 Cum simulat gemitus occulti conscia facti,  
 Aut odit pueros, aut ficta pellice plorat,  
 Uberibus semper lacrimis, semperque paratis  
 In statione sua, atque expectantibus illam,  
 Qua jubeat manare modo: tu credis amorem,  
 Tu tibi tunc curruca places, fletumque labellis  
 Exforbes; quæ scripta, & quas lecture tabellas,  
 Si tibi zelotypæ retlegantur scrinia mœchæ!  
 Sed jacet in servi complexibus, aut equitis. dic;  
 Dic aliquem, sodes, hic Quintiliane colorem.  
 Hæremus. dic ipsa. Olim convenerat, inquit,  
 Ut faceres tu, quod velles: nec non ego possem  
 Indulgere mihi: clames licet, & mare cœlo  
 Confundas, homo sum. Nihil est audacius illis

263

270

275

280

Deprensus: iram atque animos a crimine sumunt:  
Unde hæc monstra tamen, vel quo de fonte requiris?

285

Præstabat castas humilis fortuna Latinas

Quondam, nec vitis contingi parva sinebat

Tecta labor, somnique breves, & vellere Tusco

Vexatæ duræque manus, ac proximus urbi

290

Hannibal, & stantes Collina turre mariti.

Nunc patimur longæ pacis mala: sævior armis

Luxuria incubuit, victumque ulciscitur orbem.

Nullum crimen abest, facinusque libidinis, ex quo

Paupertas Romana perit: hinc fluxit ad istos

295

Et Sybaris colles, hinc & Rhodos, & Miletos;

Atque coronatum & petulans madidumque Tarentum:

Prima peregrinos obscæna pecunia mores

Intulit, & turpi fregerunt secula luxu

Divitiæ molles. quid enim Venus ebria curat?

300

Inguinis, & capitis quæ sint discrimina, nescit;

Grandia quæ mediis jam noctibus ostrea mordet;

Cum perfusa mero spumant unguenta Falerno,

Cum bibitur concha, cum jam vertigine tectum

Ambalat, & geminis exsurgit mensa lucernis.

305

I nunc, & dubita, qua forbeat æra sanna,

Tullia quid dicat notæ Collatia Mauræ,

Maura Pudicitæ veterem cum præterit aram:

Noctibus hic ponunt lecticas, micturiunt hic,

Effigiemque Deæ longis siphonibus implent,

310

Inque vices equitant, ac luna teste moventur.

Inde domos abeunt: tu calcas luce reversa

Conjugis urinam magnos visurus amicos.

Nota Bonæ secreta Deæ, cum tibia lumbos

Incitat, & cornu pariter vinoque feruntur  
 315  
 Attonitæ, crinemque rotant, ululantque Priapi  
 Mænades. o quantus tunc illis mentibus ardor  
 Concubitus! quæ vox saltante libidine! quantus  
 Ille meri veteris per crura madentia torrens!  
 Lenonum ancillas posita Saufeja corona  
 320  
 Provocat, & tollit pendentis præmia coxæ.  
 Ipsa Medullinæ frictum crissantis adorat.  
 Palmam inter dominas virtus natalibus æquat:  
 Nil ibi per ludum simulabitur: omnia fient  
 Ad verum, quibus incendi jam frigidus ævo  
 325  
 Laomedontiades, & Nestoris hernia possit.  
 Tunc prurigo moræ impatiens, tunc femina simplex,  
 Et toto pariter repetitus clamor ab antro:  
 Jam fas est. admitte viros. jam dormit adulter.  
 Illa jubet sumto juvenem properare cucullo.  
 330  
 Si nihil est, servis incurritur. abstuleris spem  
 Servorum, venit & conductus aquarius: hic si  
 Quæritur, & defunt homines, mora nulla per ipsam;  
 Quo minus imposito clunem summittat asello.  
 Atque utinam ritus veteres, & publica saltem  
 335  
 His intacta malis agerentur sacra: sed omnes  
 Noverunt Mauri, atque Indi, quæ psaltria penem  
 Majorem, quam sunt duo Cæsaris Anticatones,  
 Illuc, testiculi sibi conscius unde fugit mus,  
 Intulerit, ubi velari pictura jubetur,  
 340  
 Quæcunque alterius sexus imitata figuram est.  
 Et quis tunc hominum contemptor numinis? aut quis  
 Simpuvium ridere Numæ, nigrumque catinam,  
 Et Vaticano fragiles de monte patellas

- Aufus erat? sed nunc ad quas non Clodius aras? 345  
 Audio, quid veteres olim moneatis amici:  
 Pone seram: cohibe. sed quis custodiet ipsos  
 Custodes? cauta est, & ab illis incipit uxor.  
 Jamque eadem summis pariter minimisque libido:  
 Nec melior, filicem pedibus quæ contexit atrum, 350  
 Quam quæ longorum vehitur cervice Syrorum.  
 Ut spectet ludos, conducit Ogulnia vestem,  
 Conducit comites, fellam, cervical, amicas,  
 Nutricem, & flavam, cui det mandata, puellam.  
 Hæc tamen argenti superest quodcunque paterni 355  
 Lævibus athleticis, ac vasa novissima donat.  
 Multis res angusta domi est: sed nulla pudorem  
 Paupertatis habet, nec se metitur ad illum,  
 Quem dedit hæc, posuitque modum. tamen utile quid sit  
 Prospiciunt aliquando viri: frigusque famemque 360  
 Formica tandem quidam expavere magistra.  
 Prodigia non sentit pereuntem femina census:  
 At, velut exhausta redivivus pullulet arca  
 Nummus, & e pleno tollatur semper acervo,  
 Non unquam reputant, quanti sibi gaudia constant. 365  
 Sunt, quas eunuchi imbelles, ac mollia semper  
 Oscula delectent, & desperatio barbæ,  
 Et quod abortivo non est opus. illa voluptas  
 Summa tamen, quod jam calida matura juventa.  
 Inguina traduntur medicis, jam pectine nigro. 370  
 Ergo expectatos, ac iustos crescere primum,  
 Testiculos, postquam coeperunt esse bilibres,  
 Tonsoris damno tantum rapit Heliodorus.  
 Conspicuis longe cunctisque notabilis intras

Balnea, nec dubie custodem vitis & horti 375  
 Provocat, a domina factus spado. dormiat ille  
 Cum domina: sed tu jam durum, Posthume, jamque  
 Tondendum eunucho Bromium committere noli.

Si gaudet cantu, nullius fibula durat

Vocem vendentis prætoribus: organa semper 380

In manibus: densi radiant testudine tota

Sardonyches: crispo numerantur pectine chordæ,

Quo tener Hedymeles operam dedit: hunc tenet, hoc se

Solatur, gratoque indulget basia plectro.

Quædam de numero Lamiarum, ac nominis alti, 385

Et farre & vino Janum Vestamque rogabat,

An Capitolinam deberet Pollio quercum

Sperare, & fidibus promittere. quid faceret plus

Ægrotante viro? medicis quid tristibus erga

Filiolum? stetit ante aram, nec turpe putavit 390

Pro cithara velare caput; dictataque verba

Pertulit, ut mos est, & aperta palluit agna.

Dic mihi nunc, quæso, dic antiquissime Divum,

Respondes his, Jane pater? magna otia cœli.

Non est, ut video, non est, quod agatur apud vos. 395

Hæc de comœdis te consulit: illa tragoedum

Commendare volet: varicosus fiet haruspex.

Sed cantet potius, quam totam pervolet urbem

Audax, & coetus possit quæ ferre virorum,

Cumque paludatis ducibus præsentem marito 400

Ipsa loqui recta facie, strictisque mamillis.

Hæc eadem novit, quid toto fiat in orbe;

Quid Seres, quid Thraces agant: secreta novercæ

Et pueri: quis amet, quis diripiatur adulter.

Dicet, quis viduam prægnantem fecerit, & quo  
Mense: quibus verbis concumbat quæque, modis quot. 405

Instantem regi Armenio, Parthoque cometen  
Prima videt: famam, rumoresque illa recentes  
Excipit ad portas: quosdam facit isse Niphatem  
In populos, magnoque illic cuncta arva teneri 410

Diluvio: nutare urbes, subsidere terras,  
Quocunque in trivio, cuicunque est obvia, narrat.

Nec tamen id vitium magis intolerabile, quam quæ  
Vicinos humiles rapere, & concidere loris  
Exorata solet. nam si latratibus alti 415

Rumpuntur somni; fustes huc ocius, inquit;  
Afferte, atque illis dominum jubet ante feriri,  
Deinde canem: gravis occurfu, teterrima vultu  
Balnea nocte subit: conchas, & castra moveri  
Nocte jubet: magno gaudet sudare tumultu, 420

Cum lassata gravi ceciderunt brachia massa,  
Callidus & cristæ digitos impressit aliptes,  
Ac summum dominæ femur exclamare coegit:  
Convivæ miseri interea somnoque fameque  
Urgentur. tandem illa venit rubicundula, totum 425

Ænophorum sitiens, plena quod tenditur urna  
Admotum pedibus, de quo sextarius alter  
Ducitur ante cibum, rabidam facturus orexim,  
Dum redit, & loto terram ferit intestino.

Marmoribus rivi properant, aurata Falernum 430  
Pelvis olet: nam sic, tanquam alta in dolia longus  
Deciderit serpens, bibit, & vomit. ergo maritus  
Nauseat, atque oculis bilem substringit opertis.

Illam tamen gravior, quæ cum discumbere coepit;

Laudat Virgilium, perituræ ignoscit Elisæ, 435

Committit vates & comparat; inde Maronem;

Atque alia parte in trutina suspendit Homerum.

Cedunt grammatici, vincuntur rhetores, omnis

Turba tacet: nec caufidicus, nec præco loquatur;

Altera nec mulier: verborum tanta cadit vis: 440

Tot pariter pelves, tot tintinnabula dicas

Pulsari. jam nemo tubas, nemo æra fatiget:

Una laboranti poterit succurrere lunæ.

Imponit finem sapiens & rebus honestis.

Nam quæ docta nimis cupit & facunda videri, 445

Crure tenus medio tunicas succingere debet,

Cædere Silvano porcum, quadrante lavari.

Non habeat matrona, tibi quæ juncta recumbit,

Dicendi genus, aut curvum sermone rotato

Torqueat enthymema, nec historias sciat omnes: 450

Sed quædam ex libris & non intelligat. odi

Hanc ego, quæ repetit, volvitque Palæmonis artem,

Servata semper lege & ratione loquendi,

Ignotosque mihi tenet antiquaria versus,

Nec curanda viris opicæ castigat amicæ 455

Verba. solœcismum liceat fecisse marito.

Nil non permittit mulier sibi, turpe putat nil;

Cum virides gemmas collo circumdedit, & cum

Auribus extentis magnos commisit elenchos.

Intolerabilius nihil est, quam femina dives. 460

Interea foeda aspectu, ridendaque multo

Pane tumet facies, aut pinguis Poppæana

Spirat, & hinc miseri viscantur labra mariti.

Ad mœchum veniet lota cute. quando videri

Vult formosa domi ? mœchis foliata parantur. 46  
 His emitur, quidquid graciles huc mittitis Indi.  
 Tandem aperit vultum, & tectoria prima reponit:  
 Incipit agnosci, atque illo lacte fovetur,  
 Propter quod secum comites educit afellas,  
 Exsul Hyperboreum si dimittatur ad axem. 47  
 Sed quæ mutatis inducitur, atque fovetur  
 Tot medicaminibus, coctæque filiginis offas  
 Accipit, & madidæ facies dicetur, an ulcus?  
 Est pretium curæ penitus cognoscere toto  
 Quid faciant, agitentque die. si nocte maritus 47  
 Averfus jacuit, perit libraria, ponunt  
 Cosmetæ tunicas, tarde venisse Liburnus  
 Dicitur, & pœnas alieni pendere somni  
 Cogitur: hic frangit ferulas, rubet ille flagello,  
 Hic scutica: sunt, quæ tortoribus annua præsent. 48  
 Verberat, atque obiter faciem linit; audit amicas,  
 Aut latum piætæ vestis considerat aurum,  
 Et cædit; longi relegit transversa diurni,  
 Et cædit, donec lassis cædentibus, Exi  
 Latonet horrendum, jam cognitione peracta. 48  
 Præfectura domus Sicula non mitior aula.  
 Nam si constituit, solitoque decentius optat  
 Ornari, & properat, jamque expectatur in hortis,  
 Aut apud Isiacæ potius sacraria lenæ,  
 Disponit crinem laceratis ipsa capillis 49  
 Nuda humero Psecas infelix, nudisque mamillis.  
 Altior hic quare cincinnus? taurea punit  
 Continuo flexi crimen facinusque capilli.  
 Quid Psecas admittit? quænam est hic culpa puellæ;



tibi displicuit nasus tuus? altera lævum  
 extendit, pectusque comas, & volvit in orbem;  
 fit in consilio matrona, admotaque lanis  
 merita quæ cessat acu: sententia prima  
 ujus erit; post hanc ætate, atque arte minores  
 ensebunt, tanquam famæ discrimen agatur,  
 ut animæ: tanta est quærendi cura decoris.  
 Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum  
 Edificat caput. Andromachen a fronte videbis:  
 Post minor est: credas aliam. cedo, si breve parvi  
 sortita est lateris spatium, breviorque videtur  
 Virgine Pygmæa, nullis adjuncta cothurnis,  
 Et levis erecta consurgit ad oscula planta.

498

500

509

Nulla viqi cura interea, nec mentio fiet  
 Damnorum: vivit tanquam vicina mariti.  
 Hoc solo propior, quod amicos conjugis odit;  
 Et servos, gravis est rationibus. ecce furentis  
 Bellonæ, matrisque Deûm chorus intrat, & ingens  
 Semivir, obscæno facies reverenda minori,  
 Mollia qui rapta secuit genitalia testæ  
 Jam pridem, cui rauca cohors, cui tympana cedunt  
 Plebeja, & Phrygia vestitur bucca tiara.  
 Grande sonat, metuique jubet Septembris, & Austri  
 Adventum, nisi se centum lustraverit ovis,  
 Et xerampelinas veteres donaverit ipsi,  
 Ut quidquid subiti, & magni discriminis instat;  
 In tunicas eat, & totum semel expiet annum.  
 Hibernum fracta glacie descendet in amnem,  
 Ter matutino Tiberi mergetur, & ipsis  
 Vorticibus timidum caput abluet: inde superbi

510

515

520

Totum regis agrum nuda ac tremebunda cruentis 525  
 Erepet genibus : si candida jusserit lo,  
 Ibit ad Ægypti finem, calidaque petitas  
 A Meroe portabit aquas, ut spargat in ædem  
 Ifidis, antiquo quæ proxima surgit ovili.  
 Credit enim ipsius dominæ se voce moneri: 530  
 En animam & mentem, cum qua Di nocte loquantur!  
 Ergo hic præcipuum summumque meretur honorem,  
 Qui grege linigero circumdatus, & grege calvo  
 Plangentis populi currit derisor Anubis.  
 Ille petit veniam, quoties non abstinet uxor 535  
 Concubitu sacris observandisque diebus;  
 Magnaque debetur violato pœna cadurco: *bed.*  
 Et movisse caput visa est argentea serpens:  
 Illius lacrimæ, meditataque murmura præstant;  
 Ut veniam culpæ non abnuat, ansere magno 540  
 Scilicet, & tenui popano corruptus Osiris.  
 Cum dedit ille locum: cophino, fœnoque relicto,  
 Arcanam Judæa tremens mendicat in aurem,  
 Interpres legum Solymarum, & magna sacerdos  
 Arboris, ac summi fida internuntia cœli; 545  
 Implet & illa manum, sed parcius ære minuto.  
 Qualiacunque voles Judæi somnia vendunt.  
 Spondet amatorem tenerum, vel divitis orbi  
 Testamentum ingens, calidæ pulmone columbæ  
 Tractato: Armenius, vel Commagenus haruspex; 550  
 Pectora pullorum rimabitur, exta catelli,  
 Interdum & pueri: faciet, quod deferat ipse.  
 Chaldæis sed major erit fiducia: quidquid  
 Dixerit Astrologus, credent a fonte relatum

Hammonis; quoniam Delphis oracula cessant;  
Et genus humanum damnat caligo futuri. 555

Præcipuus tamen est horum, qui sapiens exsul;  
Cujus amicitia, conducendaque tabella  
Magnus civis obit, & formidatus Othoni.

Inde fides artis, sonuit si dextera ferro,  
Lævaque si longo castrorum in carcere mansit. 560

Nemo mathematicus genium indemnatus habebit:

Sed qui pæne perit, cui vix in Cyclada mitti

Contigit, & parva tandem caruisse Seripho.

Consultit istericæ lento de funere matris,

Ante tamen de te, Tanaquil tua: quando sororem

Efferat, & parruos; an sit victurus adulter

Post ipsam? quid enim majus dare numina possunt?

Hæc tamen ignorat, quid fidus triste minetur

Saturni, quo læta Venus se proferat astro, 570

Qui mensis damnis, quæ dentur tempora lucro:

Illius occurfus etiam vitare memento,

In cujus manibus, ceu pinguis succina, tritas

Cernis ephemeridas: quæ nullum consultit, & jam

Consultitur: quæ castra viro patriamque petente 575

Non ibit pariter numeris revocata Thrasylli.

Ad primum lapidem vestari cum placet, hora

Sumitur ex libro: si prurit frictus ocelli

Angulus, inspecta genesi collyria poscit.

Ægra licet jaceat, capiendo nulla videtur

Aprior hora cibo, nisi quam dederit Petosyris. 580

Si mediocris erit: spatium lustrabit utrinque

Metarum, & fortes ducet, frontemque, manumque

Præbebit vari crebrum poppy'sma roganti.

Divitibus responsa dabunt Phryx augur, & Indus 385  
 Conductus, dabit astrorum, mundique peritus,  
 Atque aliquis senior, qui publica fulgura condit.  
 Plebejum in circo positum est, & in aggere fatum:  
 Quæ nudis longum ostendit cervicibus aurum,  
 Consultit ante phalas, delphinatorumque columnas; 390  
 An saga vendenti nubat caupone relicto.

Hæ tamen & partus subeunt discrimen, & omnes  
 Nutricis tolerant fortuna urgente labores;  
 Sed jacet aurato vix ulla puerpera lecto.  
 Tantum artes hujus, tantum medicamina possunt; 395  
 Quæ steriles facit, atque homines in ventre necandos  
 Conducit: gaude, infelix, atque ipse bibendum  
 Porrige, quidquid erit. nam si distendere vellet,  
 Et vexare uterum pueris salientibus, esses  
 Æthiopis fortasse pater: mox de color heres 600  
 Impleret tabulas, nunquam tibi mane videndus.

Transeo suppositos, & gaudia, vota que sæpe  
 Ad spurcos decepta lacus, atque inde petitos  
 Pontifices Salios, Scaurorum nomina falso  
 Corpore laturos. stat Fortuna improba noctu; 605  
 Arridens nudis infantibus. hos fovet omnes,  
 Involvitque sinu: domibus tunc porrigit altis;  
 Secretumque sibi mimum parat. hos amat, his se  
 Ingerit, utque suos ridens producit alumnos.

Hic magicos affert cantus, hic Thessala vendit 610  
 Philtra, quibus valeat mentem vexare mariti,  
 Et solea pulsare nates. quod desipis, inde est,  
 Inde animi caligo, & magna oblivio rerum,  
 Quas modo gessisti. tamen hoc tolerabile, si non

Et furere incipias, ut avunculus ille Neronis,

615

Cui totam tremuli frontem Cæsonia pulli

Infudit. quæ non faciet, quod Principis uxor d-

Ardebant cuncta, & fracta compage ruebant,

Non aliter, quam si fecisset Iuno maritum-

Infantum. minus ergo nocens erit Agrippinæ

620

Bolerus: siquidem unius præcordia pressit-

Ille senis, tremulumque caput descendere iussit-

In coelum, & longa manantia-labra-saliva-

Hæc poscit ferrum, atque ignes, hæc potio torquet:-

Hæc lacerat mixtos Equitum cum sanguine Patres.

625

Tanti partus equæ! quanti una venefica constat d-

Oderunt natos de pellice: nemo repugnet,

Nemo vetet: jam-jam-privignum occidere fas est.

Vos ego, papilli, moneo, quibus amplior est res,

Custodite animas, & nulli credite mensæ-

630

Livida materno ferveat adipata veneno.

Mordeat ante aliquis, quidquid porrexerit illa,

Quæ peperit, timidus prægustet pocula pappas:

Fingimus hæc, altum Satira fomite cothurnum,

Scilicet, & finem egressi legemque priorum,

635

Grande Sophocleo carmen bacchamur hiatu,

Montibus ignotum Rutulis, coeloque Latino.

Nos utinam vani! sed clamat Pontia, Feci,

Confiteor, puerisque meis aconita paravi,

Quæ deprensa patent. facinus tamen ipsa peregi:

640

Tunc duos una sævissima vipera coena?

Tunc duos? septem, si septem forte fuissent.

Credamus tragicis, quidquid de Colchide sæva

Dicitur, & Procne. nil contra conor: & illæ

Grandia monstra suis audebant temporibus ; sed 645  
 Non propter nummos. minor admiratio summis  
 Debetur monstris. quoties facit ira nocentem  
 Hunc sexum , rabie jecur incendente feruntur  
 Præcipites : ut saxa jugis abrupta , quibus mons  
 Subtrahitur , clivoque latus pendente recedit. 650

Illam ego non tulerim , quæ computat , & scelus ingens  
 Sana facit. spectant subeuntem fata mariti  
 Alcestim , & ; similis si permutatio detur ,  
 Morte viri cupient animam servare catellæ.  
 Occurrent multæ tibi Belides , atque Eriphylæ : 655  
 Mane Clytemnæstram nullus non vicus habebit.  
 Hoc tantum refert , quod Fyndaris illa bipennem  
 Infulsam & fatuam dextra lævaque tenebat :  
 At nunc res agitur tenui pulmone rubetæ ;  
 Sed tamen & ferro , si prægustabit Atrides 660  
 Pontica ter victi cautus medicamina Regis.

---

D. JUNII JUVENALIS

AQUINATIS

SATIRARUM

LIBER TERTIUS.

SATIRA VII.

**E**t spes, & ratio studiorum in Cæsare tantum  
 Solus enim tristes hac tempestate Camœnas  
 Respexit, cum jam celebres, notique poetæ  
 Balneolum Gabiis, Romæ conducere furnos  
 Tentarent; nec foedum alii, nec turpe putarent  
 Præcones fieri, cum, desertis Aganippes  
 Vallibus, esuriens migraret in atria Clio.  
 Nam, si Pieria quadrans tibi nullus in arca  
 Ostendatur, ames nomen victumque Machæræ,  
 Et vendas potius, commissâ quod auctio vendit  
 Stantibus, cenophorum, tripodes, armaria, cistas,  
 Alcyonem Bacchi, Thebas & Terea Fausti.  
 Hoc satius, quam si dicas sub iudice, Vidi,  
 Quod non vidisti. faciant equites Asiani,

Quanquam & Cappadoces faciant, equitesque Bithyni, 14  
 Altera quos nudo traducit Gallia lato.

Nemo tamen studiis indignum ferre laborem

Cogetur posthac, nescit quicumque canoris

Eloquium vocale modis, laurumque momordit.

Hoc agite, o juvenes: circumspicit, & stimulat vos; 20

Materiamque sibi ducis indulgentia quaerit.

Si qua aliunde putas rerum spectanda tuarum

Præsidia, atque ideo croceæ membrana tabellæ

Impletur: lignorum aliquid posce ocius, & quæ

Componis, dona Veneris, Thelesine, marito; 25

Aut clude, & positos tinea pertunde libellos.

Frangere miser calamos, vigilataque proelia dele;

Qui facis in parva sublimia carmina cella,

Ut dignus venias hederis, & imagine macra:

Spes nulla ulterior: didicit jam dives avarus 30

Tantum admirari, tantum laudare disertos,

Ut pueri Junonis avem. sed defluit ætas

Et pelagi patiens, & cassidis, atque ligonis:

Tædja tunc subeunt animos, tunc seque, suamque

Terpsichoren odit facunda & nuda senectus. 35

Accipe nunc artes, ne quid tibi conferat iste,

Quem colis, & Musarum, & Apollinis æde relicta:

Ipse facit versus, atque uni cedit Homero

Propter mille annos. & si dulcedine famæ

Succensus recites, Maculonis commodat ædes; 40

Hæc longe ferrata domus servire jubetur,

In qua sollicitas imitatur janua portas.

Scit dare libertos extrema in parte sedentes

Ordinis, & magnas comitum disponere voces.



**N**emo dabit regum, quanti subfellia edissent,  
**E**t quæ conducto pendent anabathra tigillo, 49  
**Q**uæque reportandis posita est orchestra cathedris:  
**N**os tamen hoc agimus, tenuique in pulvere sulcos  
**D**ucimus, & litus sterili versamus aratro.  
**N**am si discedas, laqueo tenet ambitiosi 54  
**C**onsuetudo mali: tenet insanabile multos  
**S**cribendi cacoethes, & ægro in corde senescit:  
**S**ed varem egregium, cui non fit publica vena,  
**Q**ui nihil expositum soleat deducere, nec qui  
**C**omuni feriat carmen triviale moneta: 59  
**H**unc, qualem nequeo monstrare, & sentio tantum,  
**A**nxietate carens animus facit, omnis acerbi  
**I**mpatiens, cupidus silvarum, aptusque bibendis  
**F**ontibus Aonidum. neque enim cantare sub antro  
**P**ierio, thyrsumve potest contingere mœsta 64  
**P**aupertas, atque æris inops, quo nocte dieque  
**C**orpus eget: satur est, cum dicit Horatius, Heuohé!  
**Q**uis locus ingenio: nisi cum se carmine solo  
**V**exant, & dominis Cyrrhæ, Nyfæque feruntur  
**P**ectora vestra, duas non admittentia curas? 69  
**M**agnæ mentis opus, nec de lodice paranda  
**A**ttonitæ, currus, & equos, faciesque Deorum  
**A**spicere, & quælis Rutulum confundat Erynnis:  
**N**am si Virgilio puer, & tolerabile deesset  
**H**ospitium, caderent omnes a crinibus hydri: 74  
**S**urda nihil gemeret grave buccina. poscimus, ut fit  
**N**on minor antiquo Rubrenus Lappa cothurno,  
**C**ujus & alveolos, & lænam pignerat Atreus.  
**N**on habet infelix Numitor, quod mittat amico:

- Quintillæ quod donet, habet; nec defuit illi  
 Unde emeret multa pascendum carne leonem 75  
 Jam domitum: constat leviori bellua sumtu  
 Nimirum, & capiunt plus intestina poetæ.  
 Contentus fama jaceat Lucanus in hortis  
 Marmoreis: at Serrano, tenuique Saleio 80  
 Gloria quantalibet, quid erit, si gloria tantum est?  
 Curritur ad vocem jucundam, & carmen amicæ  
 Thebaidos, lætam fecit cum Staius urbem,  
 Promisitque diem. tanta dulcedine captos  
 Afficit ille animos, tantaque libidine vulgi 85  
 Auditur: sed, cum fregit subsellia versu,  
 Esurit, intactam Paridi nisi vendat Agaven.  
 Ille & militiæ multis largitur honorem,  
 Semestri vatum digitos circumligat auro.  
 Quod non dant proceres, dabit histrio. tu Camerinos, 90  
 Et Baream, tu nobilium magna atria curas?  
 Præfectos Pelopea facit, Philomela tribunos.  
 Haud tamen invidias vati, quem pulpita pascunt.  
 Quis tibi Mæcenas? quis nunc erit aut Proculejus;  
 Aut Fabius? quis Cotta iterum? quis Lentulus alter? 95  
 Tunc par ingenio pretium: tunc utile multis.  
 Pallere, & vinum toto nescire Decembri.  
 Vester porro labor foecundior, historiæ  
 Scriptores: petit hic plus temporis, atque olei plus:  
 Namque oblita modi millesima pagina surgit 100  
 Omnibus, & crescit multa damnosa papyro.  
 Sic ingens rerum numerus jubet, atque operum lex.  
 Quæ tamen inde seges? terræ quis fructus apertæ?  
 Quis dabit historico, quantum daret acta legenti?

Sed genus ignavum, quod lecto gaudet & umbra:

// 105

Dic igitur, quid caufidicis civilia præsent  
Officia, & magno comites in fasce libelli?

Ipsi magna sonant: sed tunc, cum creditor audit;

Præcipue, vel, si tetigit latus acrior illo,

Qui venit ad dubium grandi cum codice nomen;

110

Tunc immensa cavi spirant mendacia folles,

Conspuiturque sinus. veram deprendere messem

Si libet: hinc centum patrimonia caufidicorum,

Parte alia solum ruffati pone Lacernæ.

Confedere Duces: surgis tu pallidus Ajax

115

Dicturus dubia pro libertate, bubulco

Judice, rumpe miser tensum jecur, ut tibi lasso

Figantur virides, scalarum gloria, palmæ.

Quod vocis pretium? ficcus petasunculus, & vas

Pelamydum: aut veteres Maurorum epimenia, bulbi:

120

Aut vinum Tiberi devectum, quinque lagenæ.

Si quater egisti, si contigit aureus unus,

Inde cadunt partes ex foedere pragmaticorum.

Æmilio dabitur, quantum licet, & melius nos

Egimus: hujus enim stat currus æneus, alti

125

Quadrijuges in vestibulis, atque ipse feroci

Bellatore sedens curvatum hastile minatur

Eminus, & statua meditatatur proelia lusca.

Sic Pedito conturbat, Matho deficit: exitus hic est

Tongilli, magno cum rhinocerate lavari

130

Qui solet, & vexat lutulenta balnea turba,

Perque forum juvenes longo premit affere Medos

Emturus pueros, argentum, murrhina, villas.

Spondet enim Tyrio stataria purpura filo.

Et tamen est illis hoc utile : purpura vendit  
 Causidicum , vendunt amethystina : convenit illis  
 Et strepitu , & facie majoris vivere census.  
 Sed finem impensæ non servat prodiga Roma:  
 Fidimus eloquio ? Ciceroni nemo ducentos  
 Nunc dederit nummos , nisi fulserit annulus ingens : 140  
 Respicit hæc primum , qui litigat , an tibi servi  
 Octo , decem comites , an post te fella , togati  
 Ante pedes. ideo conducta Paullus agebat ,  
 Sardonyche , atque ideo pluris , quam Gallus agebat ;  
 Quam Basilius. Rara in tenui facundia panno. 145  
 Quando licet Basilio flentem producere matrem ?  
 Quis bene dicentem Basilium ferat ? accipiat te  
 Gallia , vel potius nutricula causidicorum  
 Africa , si placuit mercedem ponere linguæ.  
 Declamare doces , o ferrea pectora , Vetti ; 150  
 Cum perimit sævos classis numerosa tyrannos.  
 Nam quæcunque sedens modo legerat , hæc eadem stans  
 Perferet ; atque eadem cantabit versibus isdem.  
 Occidit miseros crambe repetita magistros.  
 Quis color , & quod sit causæ genus , atque ubi summa 155  
 Quæstio , quæ veniant diversæ forte sagittæ ,  
 Nosse velint omnes , mercedem solvere nemo.  
 Mercedem appellas ? quid enim scio ? culpa docentis  
 Scilicet arguitur , quod læva in parte mamillæ  
 Nil salit Arcadio juveni , cuius mihi sexta 160  
 Quaque die miserum dirus caput Hannibal implet.  
 Quidquid id est , de quo deliberat , an petat urbem  
 A Cannis , an post nimbos , & fulmina cautus  
 Circumagat madidas a tempestate cohortes .

Quantum vis stipulare, & protinus accipe, quod do, 169  
 Ut toties illum pater audiat. hæc alii sex,  
 Vel plures uno conclamant ore Sophistæ,  
 Et veras agitant lites, raptore relicto,  
 Fusa venena silent, malus ingratusque maritus;  
 Et quæ jam veteres sanant mortaria cæcos. 170  
 Ergo sibi dabit ipse rudem, si nostra movebunt  
 Consilia, & vitæ diversum iter ingredietur,  
 Ad pugnam qui rhetorica descendit ab umbra,  
 Summula ne pereat, qua vilis tessera venit  
 Frumenti. quippe hæc merces lautissima. tenta; 175  
 Chrysogonus quanti doceat, vel Pollio quanti  
 Lantorum pueros, artem scindens Theodori.  
 Balnea sexcentis, & pluris porticus, in qua  
 Gestetur dominus, quoties pluit. anne serenum  
 Expectet, spargatque luto jumenta recenti? 180  
 Hic potius: namque hic mundæ nitet ungula mulæ.  
 Parte alia longis Numidarum sulca columnis  
 Surgat, & argentem rapiat cœnatio solem.  
 Quanticunque domus, veniet, qui fercula docte  
 Componat; veniet, qui pulmentaria condit. 185  
 Hos inter sumtus sestertia Quintiliano,  
 Ut multum, duo sufficient: res nulla minoris  
 Constat patri, quam filius. unde igitur tot  
 Quintilianus habet saltus? exempla novorum  
 Fatorum tranſi: felix, & pulcher, & acer: 190  
 Felix, & sapiens, & nobilis, & generosus  
 Appositam nigræ lunam subtexit alutæ:  
 Felix, orator quoque maximus, & jaculator.  
 Et si perfrixit, cantat bene. distat enim, quæ

- Sidera te excipiant modo primos incipientem 195  
 Edere vagitus, & adhuc a matre rubentem.  
 Si Fortuna volet, fies de rhetore coꝛsul:  
 Si volet hæc eadem, fies de consule rhetor.  
 Ventidius quid enim? quid Tullius? anne aliud, quam  
 Sidus, & occulti miranda potentia fati? 200  
 Servis regna dabunt, captivis fata triumphos.  
 Felix ille tamen corvo quoque rarior albo.  
 Pœnituit multos vanæ, sterilisque cathedræ,  
 Sicut Thralymachi probat exitus, atque Secundi  
 Carrinatis: & hunc inopem vidistis, Athenæ, 205  
 Nil præter gelidas aufæ conferre cicutas.  
 Di, majorum umbris tenuem, & sine pondere terram,  
 Spirantesque crocos, & in urna perpetuum ver,  
 Qui præceptorem sancti voluere parentis  
 Esse loco. metuens virgæ jam grandis Achilles 210  
 Cantabat patriis in montibus: & cui non tunc  
 Eliceret risum citharœdi cauda magistri?  
 Sed Rufum, atque alios cædit sua quæque juvenus:  
 Rufum, qui toties Ciceronem Allobroga dixit.  
 Quis gremio Enceladi, doctique Palæmonis affert 215  
 Quantum grammaticus mernit labor? & tamen ex hoc  
 Quodcunque est (minus est autem, quam rhetoris æra)  
 Discipuli custos præmordet Acœnonæus,  
 Et, qui dispensat, frangit sibi. cæde, Palæmon,  
 Et patere inde aliquid decrefcere: non aliter, quam 220  
 Infitor hibernæ tegetis, niveique cadurci,  
 Dummodo non pereat, mediæ quod noctis ab hora  
 Sedisti, qua nemo faber, qua nemo sederet,  
 Qui docet obliquo lanam deducere ferro:

*S A T I R A V I I I .*

99

Dummodo non pereat totidem olfecisse lucernas,  
 Quot stabant pueri, cum totus decolor esset  
 Flaccus, & hæeret nigro fuligo Maroni.  
 Rara tamen merces, quæ cognitione tribuni  
 Non egeat. sed vos sævas imponite leges,  
 Ut præceptori verborum regula constet,  
 Ut legat historias, auctores noverit omnes;  
 Tanquam ungues, digitosque suos: ut forte rogatus  
 Dum petit aut thermas, aut Phoebi balnea, dicat  
 Nutricem Anchisæ, nomen patriamque novercæ  
 Archemori; dicat, quot Acestes vixerit annos,  
 Quot Siculus Phrygibus vini donaverit urnas.  
 Exigite, ut mores teneros ceu pollice ducat,  
 Ut si quis cera vultum facit: exigite, ut sit  
 Et pater ipsius coetus, ne turpia ludant,  
 Ne faciant vicibus. non est leve tot puerorum  
 Observare manus, oculosque in fine trementes.  
 Hæc, inquit, cures; & cum se verterit annus,  
 Accipe, victori populus quod postulat, aurum.

225

230

235

240

*S A T I R A V I I I .*

**S**TEMMATA quid faciunt, quid prædest, Pontice, longo  
 Sanguine censeri, pictosque ostendere vultus  
 Majorum, & stantes in curribus Æmilianos,  
 Et Curios jam dimidios, humerosque minorem  
 Corvinum, & Galbam auriculis nasoque carentem?  
 Quis fructus generis tabula jactare capaci  
 Corvinum, posthac multa contingere virga

3

Fumosos Equitum cum Dictatore magistros,  
 Si coram Lepidis male vivitur? effigies quo  
 Tot bellatorum, si luditur alea pernox 19  
 Ante Numantinos? si dormire incipis ortu  
 Luciferi, quo signa duces, & castra movebant?  
 Cur Allobrogicis, & magna gaudeat ara  
 Natus in Herculeo Fabius lare? si cupidus, si  
 Vanus, & Euganea quantumvis mollior agna: 24  
 Si tenerum attritus Catinenſi pumice lumbum  
 Squalentes traducit avos, emtorque veneni  
 Frangenda miseram funestat imagine gentem?  
 Tota licet veteres exornent undique ceræ  
 Atria, nobilitas sola est atque unica virtus. 29  
 Paullus, vel Cossus, vel Drusus moribus esto:  
 Hos ante effigies majorum pone tuorum:  
 Præcedant ipsas illi te Consule virgas:  
 Prima mihi debes animi bona. sanctus haberi,  
 Justitiæque tenax factis diſtisque mereris, 25  
 Agnosco procerem. salve, Getulice, seu tu  
 Silanus, quocunque alio de sanguine rarus  
 Civis, & egregius patriæ contingis ovanti.  
 Exclamare libet, populus quod clamat, Ofiri  
 Invento. quis enim generosum dixerit hunc, qui 30  
 Indignus genere, & præclaro nomine tantum  
 Insignis? nanum cujusdam, Atlanta vocamus:  
 Æthiopem, cygnum: pravam extortamque puellam,  
 Europen: canibus pigris scabieque vetusta  
 Lævibus, & siccæ lambentibus ora lucernæ, 35  
 Nomen erit pardus, tigris, leo, si quid adhuc est,  
 Quod fremat in tetris violentius, ergo cavebis,



Et metues, ne tu sis Creticus, aut Camerinus.

His ego quem monui? tecum est mihi sermo, Rubelli

Plaute. tumes alto Drusorum stemmate, tanquam 40

Feceris ipse aliquid, propter quod nobilis esses,

Ut te conciperet, quæ sanguine fulget Iuli;

Non quæ ventoso conducta sub aggere textit.

Vos humiles, inquis, vulgi pars ultima nostri,

Quorum nemo queat patriam monstrare parentis: 45

Ast ego Cecropides. Vivas, & originis hujus

Gaudia longa feras: tamen ima plebe Quiritem

Facundum invenies: solet hic defendere causas

Nobilis indocti. venit de plebe togata,

Qui juris nodos, & legum ænigmata solvat. 50

Hic petit Euphraten juvenis, domitique Batavi

Custodes aquilas, armis industrius: at tu

Nil; nisi Cecropides, truncoque simillimus Hermæ.

Nullo quippe alio vincis discrimine, quam quod

Illi marmoreum caput est, tua vivit imago. 55

Dic mihi, Teucrorum proles, animalia muta

Quis generosa putet, nisi fortia? nempe volucrem

Sic laudamus equum, facili cui plurima palma

Fervet, & exultat rauco victoria Circo.

Nobilis hic, quocunque venit de gramine, cujus 60

Clara fuga ante alios, & primus in æquore pulvis:

Sed venale pecus Corythæ, posteritas &

Hirpini, si rara jugo victoria sedit.

Nil ibi majorum respectus, gratia nulla

Umbrarum, dominos pretiis mutare jubentur 65

Exiguus, tritoque trahunt ephredia collo

Segnipedes, dignique molam versare Nepotis.

*Perfius & Juvenalis.*

Ergo, ut miremur te, non tua; primum aliquid da;  
 Quod possim titulis incidere præter honores,  
 Quos illis damus, & dedimus, quibus omnia debes.

70

Hæc satis ad juvenem, quem nobis fama superbam  
 Tradit, & inflatum, plenumque Nerone propinquo.

Rarus enim ferme sensus communis in illa

Fortuna: sed te censerî laude tuorum,

Pontice, noluerim, sic ut nihil ipse futuræ

75

Laudis agas. Miserum est aliorum incumbere famæ,

Ne collapsa ruant subductis testa columnis.

Stratus humi palmes viduas desiderat ulmos.

Esto bonus miles, tutor bonus, arbiter idem

Integer; ambiguæ si quando citabere testis

80

Incertæque rei, Phalaris licet imperet, ut sis

Falsus, & admoto dictet perjuriam tauro,

Summum crede nefas animam præferre pudori;

Et propter vitam vivendi perdere causas.

Dignus morte perit, cœnet licet ostrea centum

85

Gaurana, & Cosmi toto mergatur aeno.

Expectata diu tandem provincia cum te

Rectorem accipiet, pone iræ fræna, modumque,

Pone & avaritiæ: miserere inopum sociorum.

Ossa vides regum vacuis exsucta medullis.

90

Respice, quid moneant leges, quid curia mandet;

Præmia quanta bonos maneant, quam fulminé iusto

Et Capito, & Numitor ruerint, damnante senatu,

Piratæ Cilicum. sed quid damnatio confert,

Cum Pansa eripiat, quidquid tibi Natta reliquit?

95

Præconem, Chærippe, tuis circumspice pannis,

Jamque tace. Furor est post omnia perdere naulum.

Non idem gemitus olim, neque vulnus erat par  
 Damnorum, sociis florentibus, & modo victis.  
 Plena domus tunc omnis, & ingens stabat acervus 100  
 Nummorum, Spartana chlamys, conchylia Coa,  
 Et cum Parrhasii tabulis, signisque Myronis  
 Phidiacum vivebat ebur, nec non Polycleti  
 Multus ubique labor: raræ sine Mentore mensæ.  
 Inde Dolabella est, atque hinc Antonius, inde 105  
 Sacrilegus Verres. referebant navibus altis  
 Occulta spolia, & plures de pace triumphos.  
 Nunc sociis juga pauca boum, grex parvus equarum,  
 Et pater armenti capto eripiatur agello:  
 Ipsi deinde Lares, si quod spectabile signum, 110  
 Si quis in ædícula Deus unicus. hæc etenim sunt  
 Pro summis: nam sunt hæc maxima. despicias tu  
 Forfitan imbelles Rhodios, unctamque Corinthum:  
 Despicias merito. quid refinata juventus,  
 Cruptaque torius facient tibi lævia gentis? 115  
 Horrida vitanda est Hispania, Gallicus axis,  
 Illyricumque latus. parce & messoribus illis,  
 Qui saturant urbem, Circo scenæque vacantem.  
 Quanta autem inde feres tam diræ præmia culpæ,  
 Cum tennes nuper Marius discinxerit Afros? 120  
 Curandum in primis, ne magna injuria fiat  
 Fortibus, & miseris: tollas licet omne, quod usquam est  
 Auri, atque argenti: scutum, gladiumque relinquens,  
 Et jacula, & galeam: spoliatis arma superfuat.  
 Quod modo proposui, non est sententia: verum est. 125  
 Credite me vobis folium recitare Sibyllæ.  
 Si tibi sancta cohors comitum, si nemo tribunal

Vendit Acersecomes, si nullum in conjugè crimen,  
 Nec per conventus, & cuncta per oppida curvis  
 Unguibus ire parat nummos raptura Celæno: 130  
 Tunc licet a Pico numeres genus; altaque si te  
 Nomina delectant, omnem Titanida pugnam,  
 Inter majores ipsumque Promethea ponas:  
 De quocunque voles proavum tibi sumito libro.  
 Quod si præcipitem rapit ambitio, atque libido, 135  
 Si frangis virgas, sociorum in sanguine, si te.  
 Delectant hebetes lasso liectore secures:  
 Incipit ipsorum contra te stare parentum  
 Nobilitas, claramque facem præferre pudendis.  
 Omne animi vitium tanto conspectius in se 140  
 Crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur.  
 Quo mihi te solitum falsas signare tabellas  
 In templis, quæ fecit avus, statuamque parentis  
 Ante triumphalem? quo, si nocturnus adulter  
 Tempora Santonico velas adoperta cucullo? 145  
 Præter majorum cineres, atque ossa volucris  
 Carpento rapitur pinguis Lateranus, & ipse,  
 Ipse rotam adstringit multo sufflamine Consul:  
 Noctè quidem; sed luna videt, sed sidera testes  
 Intendunt oculos. finitum tempus honoris 150  
 Cum fuerit, clara Lateranus luce flagellum  
 Sumet, & occursum nunquam trepidabit amici  
 Jam senis, ac virga prior annuet, atque maniplos  
 Solvet, & infundet jumentis hordea lassis.  
 Interea, dum lanatas, torvumque juvencum 155  
 More Numæ cædit Jovis ante altaria, jurat  
 Solam Eponam & facies olida ad præsepia pictas.

Sed cum pervigiles placet instaurare popinas;  
 Obvius affiduo Syrophœnix udus amomo  
 Currit, Idumææ Syrophœnix incola portæ, 160  
 Hospitis affectu dominum, regemque salutat,  
 Et cum venali Cyane succincta lagena.

Defensor culpæ dicet mihi, fecimus & nos  
 Hæc juvenes. esto. desisti nempe, nec ultra  
 Fovisti errorem. breve fit, quod turpiter audes. 165

Quædam cum prima rescentur crimina barba.  
 Indulge veniam pueris. Lateranus ad illos  
 Thermarum calices, inscriptaque lintea vadit,  
 Maturus bello, Armeniæ Syriæque tuendis  
 Annibus, & Rheno, atque Istro præstare Neronem. 170

Securum valet hæc ætas. mitte Ostia, Cæsar,  
 Mitte: sed in magna legatum quære popina.  
 Invenies aliquo cum percussore jacentem,  
 Permixtum nautis, & furibus, ac fugitivis,  
 Inter carnifices, & fabros sandapilarum, 175  
 Et resupinati cessantia tympana Galli:

Æqua ibi libertas, communia pocula, lectus  
 Non alius cuiquam, nec mensa remotior ulli.  
 Quid facias talem fortitus, Pontice, servum?  
 Nempe in Lucanos, aut Tusca ergastula mittas. 180

At vos, Trojugenæ, vobis ignoscitis, & quæ  
 Turpia cædoni, Volesos, Brutumque decebunt.  
 Quid, si nunquam adeo foedis, adeoque pudendis  
 Utimur exemplis, ut non pejora supersint?

Consumtis opibus vocem, Damasppe, locasti. 185  
 Sipario, clamosum ageres ut Phasma Catulli,  
 Laureolum velox etiam bene Lentulus egit.

Judice me, dignus verâ cruce. nec tamen ipsi  
 Ignoscas populo : populi frons durior hujus ;  
 Quî sedet , & spectat triscurria patriciorum, 190  
 Planipedes audit Fabios , ridere potest qui  
 Mamercorum alapas. quanti sua funera vendant ;  
 Quid refert ? vendunt nullo cogente Nerone ,  
 Nec dubitant Celsi prætoris vendere ludis.  
 Finge tamen gladios inde, atque hinc pulpita pone : 195  
 Quid satius ? mortem sic quisquam exhorruit, ut sit  
 Zelotypus Thymeles , stupidi collega Corinthi ?  
 Res hæd mira tamen , citharædo Principe , mimus  
 Nobilis. hæc ultra , quid erit nisi ludus ? & illic  
 Dedecus urbis habes. nec mirmillonis in armis, 200  
 Nec clypeo Gracchum pugnantem , aut falce supina ,  
 ( Damnat enim tales habitus ; sed damnat , & odit )  
 Nec galea faciem abscondit : movet ecce tridentem ,  
 Postquam librata pendentia retia dextra  
 Nequidquam effudit , nudum ad spectacula vultum 205  
 Erigit , & tota fugit agnoscendus arena.  
 Credamus tunicæ , de faucibus aurea cum se  
 Porrigat , & longo jactetur spira galero.  
 Ergo ignominiam graviolem pertulit omni  
 Vulnere , cum Graccho jussus pugnare secutor. 210  
 Libera si dentur populo suffragia , quis tam  
 Perditus , ut dubitet Senecam præferre Neroni ;  
 Cujus supplicio non debuit una parari  
 Simia , nec serpens unus , nec culens unus ?  
 Par Agamemnonidæ crimen ; sed causa facit rem 215  
 Dissimilem. quippe ille Deis auctoribus ultor  
 Patris erat cæsi media inter pocula : sed nec

Electræ jugulo se polluit, aut Spartani  
 Sanguine conjugii, nullis aconita propinquis  
 Miscuit, in scēna nunquam cantavit Orestes, 210  
 Troïca non scripsit. quid enim Virginus armis  
 Debuit ulcisci magis, aut cum Vindice Galba?  
 Quid Nero tam sæva, crudaque tyrannide fecit?  
 Hæc opera, atque hæ sunt generosi principis artes;  
 Gaudentis scædo peregrina ad pulpita cantu 225  
 Profitui, Grajæque apium meruisse coronæ.  
 Majorum effigies habeant insignia vocis:  
 Ante pedes Domitū longum tu pone Thyestæ  
 Syrma, vel Antigonæ, seu personam Menalippes;  
 Et de marmoreo citharam suspende colosso. 230  
 Quid, Catilina, tuis natalibus, atque Cethegi  
 Inveniet quisquam sublimius? arma tamen vos  
 Nocturna, & flammæ domibus, templisque parastis.  
 Ut Braccatorum pueri, Senonumque minores,  
 Ansi, quod liceat tunica punire molesta. 235  
 Sed vigilat Consul, vexillaque vestra coercet.  
 Hic novus Arpinas, ignobilis, & modo Romæ:  
 Municipalis Eques galeatum ponit ubique.  
 Præsidium attonitis, & in omni gente laborat.  
 Tantum igitur muros intra toga contulit illi 240  
 Nominis, & tituli, quantum non Leucade, quantum  
 Thessaliæ campis Octavius abstulit udo  
 Cædibus affiduis gladio. sed Roma parentem,  
 Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.  
 Arpinas alius Volscorum in monte solebat 245  
 Poscere mercedes alieno lassus aratro,  
 Nodosam post hæc frangebatur vertice vitem.

Si lentus pigra muniret castra dolabra :  
 Hic tamen & Cimbros, & summa pericula rerum  
 Excipit, & solus trepidantem protégit urbem. 250  
 Atque ideo, postquam ad Cimbros, stragemque volabant,  
 Qui nunquam attigerant majora cadavera, corvi,  
 Nobilis ornatur lauro collega secunda.  
 Plebejæ Deciorum animæ, plebeja fuerunt  
 Nomina: pro totis legionibus hi tamen, & pro 255  
 Omnibus auxiliis, atque omni pube Latina  
 Sufficiunt Dis infernis, Terræque parenti :  
 Pluris enim Decii, quam quæ servantur ab illis.  
 Ancilla natus trabeam, & diadema Quirini,  
 Et fasces meruit regum ultimus ille bonorum. 260  
 Proditæ laxabant portarum claustra tyrannis  
 Exsulibus juvenes ipsius Consulis, & quos  
 Magnum aliquid dubia pro libertate deceret,  
 Quod miraretur cum Coclite Mucius, & quæ  
 Imperii fines Tiberinum virgo natavit. 265  
 Occulta ad Patres produxit crimina servus  
 Matronis lugendus: at illos verbera justis  
 Afficiunt pœnis, & legum prima securis.  
 Malo pater tibi sit Therfites, dummodo tu sis  
 Æacidæ similis, Vulcaniaque arma capeffas, 270  
 Quam te Therfitæ similem producat Achilles.  
 Et tamen, ut longe repetas, longèque revolvas  
 Nomen, ab infami gentem deducis asylo.  
 Majorum primus quisquis fuit ille tuorum,  
 Aut pastor fuit, aut illud, quod dicere nolo. 275



## SATIRA IX.

**S**CIRE velim, quare toties mihi, Nævole, tristis  
 Occurras fronte obducta, ceu Marsya victus.  
 Quid tibi cum vultu, qualem deprensus habebat  
 Ravola, dum Rhodopes uda terit inguina barba?  
 Nos colaphum incutimus lambenti crustula servo. 5  
 Non erat hac facie miserabilior Creperejus  
 Pollio, qui triplicem usuram præstare paratus  
 Circuit, & fatuos non invenit. unde repente  
 Tot rugæ? certe modico contentus agebas  
 Vernam equitem, conviva joco mordente facetus, 10  
 Et salibus vehemens intra pomœria natis.  
 Omnia nunc contra: vultus gravis, horrida siccæ  
 Silva comæ, nullus tota nitor in cute, qualem  
 Brutia præstabat calidi tibi fascia visci:  
 Sed fruticante pilo neglecta, & squalida crura. 15  
 Quid macies ægri veteris, quem tempore longo  
 Torret quarta dies, olimque domestica febris?  
 Dependas animi tormenta latentis in ægro  
 Corpore, dependas & gaudia: sumit utrumque  
 Inde habitum faciës. igitur flexisse videris 20  
 Propositum, & vitæ contrarius ire priori.  
 Nuper enim, ut repeto, fanum Iſidis, & Ganymedem,  
 Pacis, & adveſtæ secreta palatia Matris,  
 Et Cererem (nam quo non proſtat femina templo?)  
 Notior Aufidio mœchus ſclerare ſolebas, 25  
 Quodque taces, ipſos etiam inclinare maritos.

Utile & hoc multis vitæ genus : at mihi nullum  
 Inde operæ pretium. pingues aliquando lacernas,  
 Munimenta togæ, duri, crâssique coloris,  
 Et male percussas textoris pectine Galli  
 Accipimus, tenue argentum, venæque secundæ.  
 Facta regunt homines : fatum est & partibus illis,  
 Quas finus abscondit. nam, si tibi fidera cessant,  
 Nil faciet longi mensura incognita nervi,  
 Quamvis te nudum spumanti Virro labello  
 Viderit, & blandæ assidue densæque tabellæ  
 Sollicitent: *Αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἀνδρὰ κίναιδος.*  
 Quod tamen ulterius monstrum, quam mollis avarus?  
 Hæc tribui, deinde illa dedi, mox plura tulisti.  
 Computat, ac cevet. ponatur calculus, adsint  
 Cum tabula pueri. numerata sestetia quinque  
 Omnibus in rebus : numerentur deinde labores.  
 An facile & pronum est agere intra viscera penem.  
 Legitimum, atque illic hesternæ occurrere cœnæ?  
 Servus erit minus ille miser, qui foderit agrum,  
 Quam dominum, sed tu sane tenerum & puerum te;  
 Et pulchrum, & dignum cyatho, cœloque putabas.  
 Vos humili affectæ, vos indulgebitis unquam  
 Cultori, jam nec morbo donare parati?  
 En, cui tu viridem umbellam, cui succina mittas.  
 Grandiæ, natalis quoties redit, aut madidum ver  
 Incipit, & strata positus, longaque cathedra  
 Munera femineis tractas secreta Kalendis.  
 Dic, passer, cui tot montes, tot prædia servas.  
 Apula, tot milvos intra tua pascua lassos?  
 Te Trifolinus ager fecundis vitibus implet;

Suspectumque jugum Cumis, & Gaurus inanis.  
 Nam quis plura linit victuro dolia musto?  
 Quantum erat exhausti lumbos donare clientis  
 Ingeribus paucis? meliusne hic rusticus infans; 60  
 Cum matre, & casulis, & collusore catello,  
 Cymbala pulsantis legatus fiet amici?  
 Improbus es, cum poscis, ait. sed pensio clamat;  
 Posce: sed appellat puer unicus, ut Polyphemi  
 Lata acies, per quam sollers evasit Ulixes. 65  
 Alter emendus erit; namque hic non sufficit: ambo  
 Pascendi. quid agam bruma spirante? quid, oro,  
 Quid dicam scapulis puerorum Aquilone Decembri;  
 Et pedibus? durate, atque exspectate cicadas?  
 Verum, ut dissimules, ut mittas cetera, quanto 70  
 Metiris pretio, quod, ni tibi deditus essem,  
 Devotusque cliens, uxor tua virgo maneret?  
 Scis certe, quibus ista modis, quam sæpe rogaris;  
 Et quæ pollicitus. fugientem sæpe puellam  
 Amplexu rapui: tabulas quoque ruperat, & jam 75  
 Signabat, tota vix hoc ego nocte redemi,  
 Te plorante foris. testis mihi lectulus, & tu  
 Ad quem pervenit lecti sonus, & dominæ vox:  
 Instabile, ac dirimi coeptum, & jam pæne solutum  
 Conjugium in multis domibus servabit adulter! 80  
 Quo te circumagas? quæ prima, aut ultima ponas?  
 Nullum ergo meritum est, ingrate ac perfide, nullum;  
 Quod tibi filiulus, vel filia nascitur ex me?  
 Tollis enim, & libris actorum spargere gaudes  
 Argumenta viri. foribus suspende coronas, 85  
 Jam pater es: dedimus, quod famæ opponere possis:

Jura parentis habes, propter me scriberis heres,  
Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.

Commoda præterea jungentur multa caducis,  
Si numerum, si tres implevero. iusta doloris,  
Nævole, causa tui. contra tamen ille quid affert?  
Negligit, atque alium bipedem sibi quærit asellum.

90

Hæc soli commissa tibi celare memento,  
Et tacitus nostras intra te fige querelas.

Nam res mortifera est inimicus pumice lævis.  
Qui modo secretum commiserat, ardet, & odit,  
Tanquam prodiderim, quidquid scio. sumere ferrum,  
Fuste aperire caput, candelam apponere valvis  
Non dubitat. nec contemnas, aut despicias, quod  
His opibus nunquam cara est annona veneni.

95

100

Ergo occulta reges, ut curia Martis Athenis.  
O Corydon, Corydon, secretum divitis illum  
Esse putas? servi ut taceant, jumenta loquentur,  
Et canis, & postes, & marmora. claude fenestras,  
Vela tegant rimas, junge ostia, tollite lumen

105

E medio, taceant omnes, prope nemo recumbat:  
Quod tamen ad cantum galli facit ille secundi,  
Proximus ante diem caupo sciet: audiet, & quæ  
Finxerunt pariter librarius, archimagiri,

Carptores. quod enim dubitant componere crimen  
In dominos, quoties rumoribus ulciscuntur

110

Baltea? nec deërit, qui te per compita quærat  
Nolentem, & miseram vinosus inebriet aurem.  
Illos ergo roges, quidquid paulo ante petebas.

A nobis. taceant illi: sed prodere malunt  
Arcanum, quam subrepti potare Falerni,

115

Pro populo faciens quantum Saufeja bibebat.  
 Vivendum recte est, cum propter plurima, tum his  
 Præcipue causis, ut linguas mancipiorum  
 Contemnas. nam lingua mali pars pessima servi. 120  
 Deterior tamen hic, qui liber non erit illis,  
 Quorum animas & farre suo custodit, & ære.  
 Idcirco ut possim linguam contemnere servi,  
 Utile consilium modo, sed commune, dedisti:  
 Nunc mihi quid suades post damnum temporis, & spes 125  
 Deceptas? Festinat enim decurrere velox  
 Flosculus angustæ, miseræque brevissima vitæ  
 Portio: dum bibimus, dum ferta, unguenta, puellas  
 Poscimus, obrepit non intellecta senectus.  
 Ne trepida: nunquam pathicus tibi deerit amicus, 130  
 Stantibus & salvis his collibus, undique ad illos  
 Convenient & carpentis, & navibus omnes,  
 Qui digito scalpunt uno caput. altera major  
 Spes superest: tu tantum crucis imprime dentem.  
 Hæc exempla para felicibus: at mea Clotho, 135  
 Et Lachesis gaudent, si pascitur inguine venter.  
 O parvi, nostrique Lares, quos ture minuto,  
 Aut farre, & tenui soleo exorare corona,  
 Quando ego figam aliquid, quo sit mihi tuta senectus  
 A tegete & baculo? viginti millia foenus 140  
 Pignoribus positis, argenti vascula puri,  
 Sed quæ Fabricius censor notet, & duo fortes  
 De grege Mœsorum, qui me cervice locata  
 Securum jubeant clamoso insistere Circo.  
 Sit mihi præterea curvus cælator, & alter, 145  
 Qui multas facies fingit cito: sufficiunt hæc,

Quando ego pauper ero. votum miserabile, nec spes  
His saltêm. nam, cum pro me Fortuna rogatur,  
Affixit ceras illa de nave petitas,  
Quæ Siculos cantus effugit remige furdo.

## D. JUNII JUVENALIS

## AQUINATIS

## SATIRARUM

## LIBER QUARTUS.

## SATIRA X.

**O**MNIBUS in terris, quæ sunt a Gadibus usque  
 Auroram, & Gangem, pauci dignoscere possunt *dis criminato betura*  
 Vera bona, atque illis multum diversa, remotâ  
 Erroris nebulâ. quid enim ratione timemus,  
 Aut cupimus? quid tam dextro pede concipis, ut te  
 Conatus non poeniteat, votique peracti?  
 Evertere domos totas optantibus ipsis  
 Di faciles. nocitura togâ, nocitura petuntur  
 Militiâ. torrens dicendi copia multis,  
 Et sua mortifera est facundia. viribus ille *Milo y Antona.*  
 Confusus periit, admirandisque lacertis.  
 Sed plures nimîâ congesta pecunia curâ  
 Strangulat, & cuncta exsuperans patrimonia cæsus;  
 Quanto delphinis balæna Britannica major.

Temporibus diris igitur, jussuque Neronis 15  
 Longinum, & magnos Senecæ prædivitis hortos  
 Clausit, & egregias Lateranorum obsidet ædes  
 Tota cohors: rarus venit in coenacula miles.  
 Pauca licet portes argenti vascula puri,  
 Nocte iter ingressus gladium contumque timebis, 20  
 Et motæ ad lunam trepidabis arundinis umbram:  
 Cantabit vacuus coram latrone viator.  
 Prima fere vota, & cunctis notissima templis  
 Divitiæ, crescant ut opes, ut maxima toto  
 Nostra sit arca foro. sed nulla aconita bibuntur 25  
 Fistilibus: tunc illa time, cum pocula fumes  
 Gemmata, & lato Setinum ardebit in auro.  
 Jamne igitur laudas, quod de sapientibus alter *of the two sup*  
 Ridebat, quoties de limine moverat unum  
 Protuleratque pedem; flebat contrarius auctor? *alter* 30  
 Sed facilis cuivis rigidi censura cachinni:  
 Mirandum est, unde ille oculis suffecerit humor.  
 Perpetuo risu pulmonem agitare solebat  
 Democritus, quanquam non esset urbibus illis  
 Prætecta, & trabeæ, falces, lectica, tribunal. 35  
 Quid, si vidisset prætorem curribus altis  
 Exstantem, & medio sublimem in pulvere Circi  
 In tunica Jovis, & piæ Sarrāna ferentem  
 Ex humeris aulæ togæ, magnæque coronæ  
 Tantum orbem, quanto cervix non sufficit ulla? 40  
 Quippe tenet sudans hanc publicus, &, sibi Consul  
 Ne placeat, curru servus portatur eodem.  
 Da nunc & volucrem, scepro quæ surgit eburno,  
 Illinc cornicines, hinc præcedentia longi



Agminis officia, & niveos ad fræna Quirites;  
 Defossa in loculis quos sportula fecit amicos.  
 Tunc quoque materiam risus invenit ad omnes  
 Occursus hominum; cujus prudentia monstrat;  
 Summos posse viros, & magna exempla daturos  
 Vervecum in patria, crassoque sub aere nasci.  
 Ridebat curas, nec non & gaudia vulgi;  
 Interdum & lacrimas; cum Fortunæ ipse minaci  
 Mandaret laqueum, mediumque ostenderet unguem.  
 Ergo supervacua hæc, aut perniciofa petuntur,  
 Propter quæ fas est genua incerare Deorum. 55

Quosdam præcipitat subjecta potentia magnæ  
 Invidiæ; mergit longa, atque insignis honorum  
 Pagina; descendunt statuæ, restemque sequuntur.  
 Ipsas deinde rotas bigarum impacta securis  
 Cædit, & immeritis franguntur crura caballis. 60

Jam strident ignes, jam follibus atque caminis  
 Ardet adoratum populo caput, & crepat ingens  
 Sejanus: deinde ex facie toto orbe secunda  
 Fiunt urceoli, pelves, sartago, patellæ.  
 Pone domi lauros, duc in Capitolia magnum  
 Cretatumque bovem: Sejanus ducitur unco 65

Spestandus: gaudent omnes. quæ labra? quis illi  
 Vultus erat? nunquam, si quid mihi credis, amavi  
 Hunc hominem: sed quo cecidit sub crimine? quisnam  
 Delator? quibus indicibus? quo teste probavit? 70

Nil horum: verbosa & grandis epistola venit  
 A Capreis: bene, habet; nil plus interrogo. Sed quid  
 Turba Remi? Sequitur Fortunam, ut semper, & odit  
 Damnatos. idem populus, si Nurtia Tusco

*Persius & Juvenalis.*

H

Favisset, si oppressa foret secura senectus 75  
 Principis, hac ipsa Sejanum diceret hora  
 Augustum. jam pridem, ex quo suffragia nulli  
 Vendimus, effudit curas. nam qui dabat olim  
 Imperium, fasces, legiones, omnia, nunc se  
 Continet, atque duas tantum res anxius optat, 80  
 Panem & Circenses. perituros audio multos.  
 Nil dubium: magna est fornacula: pallidulus m̄  
 Brutidius meus ad Martis fuit obvius aram.  
 Quam timeo, victus ne pœnas exigit Ajax,  
 Ut male defensus! curramus præcipites, & 85  
 Dum jacet in ripa, calcemus Cæsaris hostem.  
 Sed videant servi, ne quis neget, & pavidum in jus  
 Cervicæ obstricta dominum trahat. hi sermones  
 Tunc de Sejano, secreta hæc murmura vulgi.  
 Visne salutari sicut Sejanus? habere 90  
 Tantundem, atque illi summâs donare curules?  
 Illum exercitijs præponere? tutor haberi  
 Principis Augusta Caprearum in rupe sedentis  
 Cum grege Chaldæo? vis certe pila, cohortes,  
 Egregios equites, & castra domestica? quidni 95  
 Hæc cupias? &, qui nolunt occidere quenquam,  
 Possè volunt. Sed quæ præclara, & prospera tanti,  
 Ut rebus lætis par sit mensura malorum?  
 Hujus, qui trahitur, prætextam sumere mavis;  
 An Fidenarum, Gabiorumque esse potestas, 100  
 Et de mensura jus dicere, vasa minora  
 Frangere pannosus vacuis Ædilis Ulubris?  
 Ergo quid optandum foret, ignorasse fateris  
 Sejanum. nam qui nimios optabat honores,

Et nimias poscebat opes, numerosa parabat  
 Excelsæ turris tabulata, unde altior esset  
 Casus, & impulsæ præceps immane ruinæ.  
 Quid Crassos, quid Pompejos evertit? & illum,  
 Ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites?  
 Summus nempe locus nulla non arte petitus,  
 Magnaque numinibus vota exaudita malignis.  
 Ad generum Cereris sine cæde & vulnere pauci  
 Descendunt reges, & sicca morte tyranni.

110

Eloquium, aut famam Demolthenis, aut Ciceronis  
 Incipit optare, & totis Quinquatribus optat,  
 Quisquis adhuc uno partam colit asse Minervam,  
 Quem sequitur custos angustæ vernula capsæ.  
 Eloquio sed uterque perit orator: utrumque  
 Largus & exundans leto dedit ingenii fons.  
 Ingenio manus est & cervix cæsa; nec unquam  
 Sanguine caudidici maduerunt rostra pusilli.

115

120

O fortunatam natam me consule Romam!  
 Antoni gladios potuit contemnere, si sic  
 Omnia dixisset. ridenda poemata malo,  
 Quam te conspicuæ, divina Philippicæ, famæ,  
 Volveris a prima quæ proxima. Sævus & illum  
 Exitus eripuit, quem mirabantur Athenæ  
 Torrentem, & pleni moderantem fræna theatri.  
 Dis ille adversis genitus, fatoque sinistro,  
 Quem pater ardentis massæ fuliginè lippus  
 A carbone, & forcipibus, gladiosque parantè  
 Incude, & luteo Vulcano ad rhetora misit.

125

130

Bellorum exuviæ, truncis affixa tropæis  
 Lorica, & fracta de casside buccula pendens,

Et curtum temone jugum, victæque triremis 135  
 Aplustre, & summo tristis captivus in arcu,  
 Humanis majora bonis creduntur: ad hoc se  
 Romanus, Grajusque, ac barbarus induperator  
 Erexit: causas discriminis, atque laboris  
 Inde habuit. Tanto major famæ fitis est, quam 140  
 Virtutis, quis enim virtutem amplectitur ipsam,  
 Præmia si tollas? patriam tamen obruit olim  
 Gloria paucorum, & laudis, titulique cupido  
 Hæfuri saxis cinerum custodibus: ad quæ  
 Discutienda valent sterilis mala robora ficus: 145  
 Quandoquidem data sunt ipsis quoque fata sepulcris.  
 Expende Hannibalem: quot libras in duce summo  
 Invenies? hic est, quem non capit Africa Mauro  
 Percussa Oceano, Niloque admota tepenti.  
 Rursus ad Æthiopum populos, altosque elephantos, 150  
 Additur imperiis Hispania: Pyrenæum  
 Transilit. opposuit natura Alpemque nivemque:  
 Diducit scopulos, & montem rumpit aceto.  
 Jam tenet Italiam: tamen ultra pergere tendit:  
 Actum, inquit, nihil est, nisi Pœno milite portas 155  
 Frangimus, & media vexillum pono Suburra.  
 O qualis facies, & quali digna tabella,  
 Cum Gætula ducem portaret bellua luscum!  
 Exitus ergo quis est? o gloria! vincitur idem  
 Nempe, & in exilium præceps fugit, atque ibi magnus, 160  
 Mirandusque cliens sedet ad prætoris regis,  
 Donec Bithyno libeat vigilare tyranno.  
 Finem animæ, quæ res humanas miscuit olim;  
 Non gladii, non saxa dabunt, nec tela; sed ille

Cannarum vindex, & tanti sanguinis ultor  
 165  
 Annulus. I, demens, & sævas curre per Alpes,  
 Ut pueris placeas, & declamatio fias!  
 Unus Pellæo juveni non sufficit orbis:  
 Æstuat infelix angusto limite mundi,  
 Ut Gyaræ clausus scopulis, parvaque Seripho. 170  
 Cum tamen a figulis munitam intraverit urbem,  
 Sarcophago contentus erit. Mors sola fatetur,  
 Quantula sint hominum corpuscula. Creditur olim  
 Velificatus Athos, & quidquid Græcia mendax  
 Audet in historia: confratum classibus isdem, 175  
 Suppositumque rotis solidum mare: credimus altos  
 Defecisse amnes, epotaque flumina Medo  
 Prandente, & madidis cantat quæ Solstratus alis.  
 Ille tamen qualis rediit Salamine relicta,  
 In Corum atque Eurum solitus sævire flagellis 180  
 Barbarus, Æolio nunquam hoc in carcere passos,  
 Ipsum compedibus qui vinxerat Ennosigæum?  
 Mitius id sane, quod non & stigmatum dignum  
 Credidit. huic quisquam vellet servire Deorum?  
 Sed qualis rediit? nempe una nave, cruentis 185  
 Fluctibus, ac tarda per densa cadavera prora.  
 Has toties oprata exegit gloria pœnas.  
 Da spatium vitæ, multos da, Juppiter, annos!  
 Hoc recto vultu solum, hoc & pallidus optas.  
 Sed quam continuis & quantis longa senectus 190  
 Plena malis! deformem & tetrum ante omnia vultum,  
 Dissimilemque sui, deformem pro cute pellem,  
 Pendentisque genas, & tales aspice rugas,  
 Quales, umbriferos ubi pandit Tabraca saltus,

In vetula scalpit jam mater fimia bucca. 191  
 Plurima sunt juvenum discrimina : pulchrior ille  
 Hoc, atque ille alio; multum hic robustior illo:  
 Una senum facies, cum voce tremantia membra,  
 Et jam læve caput, madidique infantia nasi,  
 Frangendus misero gingiva panis inermi: 200  
 Usque adeo gravis uxori, natisque sibi que,  
 Ut captatori moveat fastidia Cossio.  
 Non eadem vini atque cibi, torpente palato,  
 Gaudia: nam coitus jam longa oblivio; vel si  
 Coneris, jacet exiguus cum ramice nervus, 205  
 Et, quamvis tota palpetur nocte, jacebit.  
 Anne aliquid sperare potest hæc inguinis ægri  
 Canities? quid, quod merito suspecta libido est,  
 Quæ Venerem affectat sine viribus? aspice partis  
 Nunc damnum alterius: nam quæ cantante voluptas, 210  
 Sit licet eximius, citharædo, five Seleuco,  
 Et quibus aurata mos est fulgere lacerna?  
 Quid refert, magni fedeat qua parte theatri,  
 Qui vix cornicines exaudiet, atque tubarum  
 Concentus? clamore opus est, ut sentiat auris, 215  
 Quem dicat venisse puer, quot nuntiet horas.  
 Præterea minimus gelido jam in corpore sanguis  
 Febre calet sola; circumfilit agmine facto  
 Morborum omne genus: quorum si nomina quæras,  
 Promptius expediam, quot amaverit Hippiæ mœchos, 220  
 Quot Themison ægros autumno occiderit uno,  
 Quot Basilus focios, quot circumscripserit Hirrus  
 Pupillos, quot longa viros exorbeat uno  
 Maura die, quot discipulos inclinet Hamillus;

Percurram citius, quot villas possideat nunc , 225  
 Quo tondente gravis juveni mihi barba sonabat.  
 Ille humero, hic lumbis, hic Coxa debilis, ambos  
 Perdidit ille oculos, & luscis invidet: hujus  
 Pallida labra cibum accipiunt digitis alienis.  
 Ipse ad conspectum coenæ diducere rictum 230  
 Suetus, hiat tantum, ceu pullus hirundinis, ad quem  
 Ore volat pleno mater jejuna. sed omni  
 Membrorum damno major dementia, quæ nec  
 Nomina servorum, nec vultum agnoscit amici,  
 Cum quo præterita coenavit nocte; nec illos, 235  
 Quos genuit, quos eduxit. nam codice sævo  
 Heredes vetat esse suos; bona tota feruntur  
 Ad Phialen: tantum artificis valet halitus oris,  
 Quod steterat multis in carcere fornicis annis.  
 Ut vigeant sensus animi, ducenda tamen sunt 240  
 Funera natorum, rogos aspiciendus amata  
 Conjugis, & fratris, plenæque sororibus urnæ.  
 Hæc data poena diu viventibus, ut renovata  
 Semper clade domus, multis in luctibus, inque  
 Perpetuo mœrore, & nigra veste senescant. 245  
 Rex Pylius, magno si quidquam credis Homero,  
 Exemplum vitæ fuit a cornice secundæ.  
 Felix nimirum, qui tot per secula mortem  
 Distulit, atque suos jam dextra computat annos,  
 Quique novum toties mustum bibit. oro, parumper 250  
 Attendas, quantum de legibus ipse queratur  
 Fatorum, & nimio de stamine, cum videt acris  
 Antilochi barbam ardentem: cum quærit ab omni,  
 Quisquis adest loeius, cur hæc in tempora duret,

Quod facinus dignum tam longo admiserit ævo? 255  
 Hæc eadem Peleus, raptum cum luget Achillem,  
 Atque alius, cui fas Ithacum hūgere natantem.  
 Incolumi Troja Priamus venisset ad umbras  
 Affaraci magnis solemnibus, Hectore funus  
 Portante, ac reliquis fratrum cervicibus, inter 260  
 Illiadum lacrimas, ut primos edere planctus  
 Cassandra inciperet, scissaque Polyxena palla,  
 Si foret extinctus diverso tempore, quo non  
 Cœperat audaces Paris ædificare carinas.  
 Longa dies igitur quid contulit? omnia vidit 265  
 Everfa, & flammis Afiam ferroque cadentem.  
 Tunc miles tremulus posita tulit arma tiara,  
 Et ruit ante aram summi Jovis, ut vetulus bos,  
 Qui domini cultris tenue & miserabile collum  
 Præbet, ab ingrato jam fastiditus aratro. 270  
 Exitus ille utcunque hominis: sed torva canino  
 Latravit rictu, quæ post hunc vixerat, uxor.  
 Festino ad nostros, & regem transeo Ponti,  
 Et Croesum, quem vox justi facunda Solonis  
 Respicere ad longæ jussit spatia ultima vitæ. 275  
 Exfilium, & carcer, Minturnarumque paludes,  
 Et mendicatus victa Carthagine panis,  
 Hinc causas habuere. quid illo cive tulisset  
 Natura in terris, quid Roma beatius unquam,  
 Si circumducto captivorum agmine, & omni 280  
 Bellorum pompa, animam exhalasset opimam,  
 Cum de Teutonico vellet descendere curru?  
 Provida Pompejo dederat Campania febres  
 Optandas: sed multæ urbes, & publica vota



S A T I R A X.

121

Vicerunt. igitur Fortuna ipsius & urbis  
 Servatum victo caput abstulit. hoc cruciatu  
 285  
 Lentulus, hac poena caruit, ceciditque Cethegus  
 Integer, & jacuit Catilina cadavere toto.  
 Formam optat modico pueris, majore puellis  
 Murmure, cum Veneris fanum videt anxia mater, 290  
 Usque ad delicias votorum. cur tamen, inquit,  
 Corripias? pulchra gaudet Latona Diana.  
 Sed vetat optari faciem Lucretia, qualem  
 Ipsa habuit. cuperet Rutilæ Virginia gibbum  
 Accipere, atque suam Rutilæ dare. filius autem 295  
 Corporis egregii, miseros trepidosque parentes  
 Semper habet. Rara est adeo concordia formæ  
 Atque pudicitiae! sanctos licet horrida mores  
 Tradiderit domus, ac veteres imitata Sabinos:  
 Præterea castum ingenium, vultumque modesto 300  
 Sanguine ferventem tribuat natura benigna  
 Larga manu: (quid enim puero conferre potest plus,  
 Custode & cura natura potentior omni?)  
 Non licet esse viros: nam prodiga corruptoris  
 Improbis ipsos audet tentare parentes. 305  
 Tanta in muneribus fiducia! nullus ephorum  
 Deformem sæva castravit in arce tyrannus:  
 Nec prætextatum rapuit Nero loripedem, nec  
 Strumosum, atque utero pariter, gibboque tumentem.  
 I nunc, & juvenis specie lætare tui! quem 310  
 Majora expectant discrimina? fiet adulter  
 Publicus, & poenas metuet, quascunque maritis  
 Iratis debet: nec erit felicior astro  
 Martis, ut in laqueos nunquam incidat. exigit autem

Interdum ille dolor plus, quam lex ulla dolori 315  
 Concessit. necat hic ferro, secat ille cruentis  
 Verberibus, quosdam mœchos & mugilis intrat.  
 Sed tuus Endymion dilectæ fiet adulter  
 Matronæ: mox cum dederit Servilia nummos,  
 Fiet & illius, quam non amat: exuet omnem 320  
 Corporis ornatum. quid enim ulla negaverit udīs  
 Inguinibus, sive est hæc Oppia, sive Catulla?  
 Deterior totos habet illic femina mores.  
 Sed casto quid forma nocet? quid profuit immo.  
 Hippolyto grave propositum? quid Bellerophonti? 325  
 Erubuit nempe hæc, ceu fastidita, repulso  
 Nec Sthenobœa minus, quam Cressa, excanduit, & se  
 Concussere ambæ. Mulier sævissima tunc est,  
 Cum stimulos odio pudor admovet. elige quidnam.  
 Suadendum esse putes, cui nubere Cæsaris uxor 330  
 Destinatur. optimus hic, & formosissimus idem  
 Gentis patriciæ rapitur miser exstinguendus.  
 Messalinæ oculis: dudum sedet illa parato  
 Flammeolo, Tyriusque palam genialis in hortis.  
 Sternitur, & ritu decies centena dabuntur 335  
 Antiquo: veniet eum signatoribus auspex.  
 Hæc tu secreta, & paucis commissa putabas?  
 Non, nisi legitime, vult nubere: quid placeat, dic:  
 Ni parere velis, pereundum erit ante lucernas:  
 Si scelus admittas, dabitur mora parvula, dum res. 340  
 Nota urbi & populo contingat Principis aures.  
 Dedecus ille domus sciet ultimus: interea tu  
 Obsequere imperio, sit tanti vita dierum  
 Paucorum. quidquid melius, leviusque putaris.

Præbenda est gladio pulchra hæc, & candida cervix,

345

Nil ergo optabuât homines? Si consilium vis,

Permittes ipsis expendere numinibus, quid

Conveniat nobis, rebusque fit utile nostris.

Nam pro jucundis aptissima quæque dabunt Di.

Carior est illis homo, quam sibi. nos animorum

350

Impulsu, & cæca magnaue cupidine ducti,

Conjugium petimus, partumque uxoris: at illis

Notum, qui pueri, qualisque futura sit uxor.

Ut tamen & poscas aliquid, voveasque facellis

Æta, & candiduli divina tomacula porci:

355

Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.

Fortem posce animum, mortis terrore carentem,

Qui spatium vitæ extremum inter munera ponat

Naturæ, qui ferre queat quoscunque labores,

Nesciat irasci, cupiat nihil, & potiores

360

Herculis ærumnas credat sævosque labores,

Et Venere, & cœnis, & pluma Sardanapali.

Monstro, quod ipse tibi possis dare. semita certe

Tranquillæ per virtutem patet unica vitæ.

Nullum numen habes, si sit prudentia: nos te

365

Nos facimus, Fôrtuna, Deam, coeloque locamus.

## SATIRA XL

**A**TTICUS eximie si coenat, laurus habetur :  
 Si Rutilus, demens. quid enim majore cachinno  
 Excipitur vulgi, quam pauper Apicius? omnis  
 Convictus, thermæ, stationes, omne theatrum  
 De Rutilo. nam dum valida, ac juvenilia membra  
 Sufficiunt galeæ, dumque ardens sanguine, fertur ;  
 Non cogente quidem, sed nec prohibente tribuno  
 Scripturus leges, & regia verba lanistæ.  
 Multos porro vides, quos sæpe elusus ad ipsum  
 Creditor introitum solet expectare macelli,  
 Et quibus in solo vivendi causa palato est.  
 Egregius coenat, meliusque miserrimus horum ;  
 Et cito casurus jam perlucente ruina.  
 Interea gustus elementa per omnia quærunt ;  
 Nunquam animo pretiis obstantibus: interius si  
 Attendas, magis illa juvant, quæ pluris emuntur.  
 Ergo haud difficile est, perituram arcessere summam  
 Lancibus oppositis, vel matris imagine fracta,  
 Et quadringentis nummis condire gulosum  
 Fictile: sic veniunt ad miscellanea ludi.  
 Refert ergo, quis hæc eadem parèt: in Rutilo nam  
 Luxuria est, in Ventidio laudabile nomen  
 Sumit, & a censu famam trahit. illum ego jure  
 Despiciam, qui scit quanto sublimior Atlas  
 Omnibus in Libya sit montibus: hic tamen idem  
 Ignoret, quantum ferrata distet ab arca

Sacculus. e cœlo descendit *Γυῶδι σαυτῶν*,  
 Figendum, & memori tractandum pectore, sive  
 Conjugium quæras, vel sacri in parte Senatus  
 Esse velis. nec enim lorica poscit Achillis  
 Therfites, in qua se transducebat Ulixes. 30  
 Ancipitem, seu tu magno discrimine causam  
 Protegere affectas; te consule, dic tibi, quis sis;  
 Orator vehemens, an Curtius, an Matho buccæ.  
 Noscenda est mensura sui, spectandaque rebus 35  
 In summis, minimisque: etiam cum piscis emetur,  
 Ne nullum cupias, cum sit tibi gobio tantum  
 In oculis. quis enim te deficiente crumena,  
 Et crescente gula, manet exitus; ære paterno,  
 Ac rebus merfis in ventrem, fœnoris atque 40  
 Argenti gravis, & pecorum, agrorumque capacem?  
 Talibus a dominis post cunctâ novissimus exit  
 Annulus, & digito mendicat Pollio nudo.  
 Non præmaturi cineres, nec funus acerbum  
 Luxuriæ; sed morte magis metuenda senectus. 45  
 Hi plerumque gradus: conducta pecunia Romæ,  
 Et coram dominis consumitur. inde ubi paulum,  
 Nescio quid, superest, & pallet fœnoris auctor,  
 Qui vertere solum, Bajæ, & ad Ostia currunt.  
 Cedere namque foro jam non est deterius, quam 50  
 Esquilias a ferventi migrare Suburra.  
 Ille dolor solus patriam fugientibus, illa  
 Mœstitia est, caruisse anno Circensibus uno.  
 Sanguinis in facie non hæret gutta: morantur  
 Pauci ridiculum effugientem ex urbe pudorem. 55  
 Experiere hodie, numquid pulcherrima dictu,

Perfice, non præstem vita vel moribus, & re;  
 Sed laudem filiquas occultus ganeo: pultes  
 Costam aliis dictem puero; sed in aure placentas:  
 Nam cum sis conviva mihi promissus, habebis  
 Evandrum, venies Tiryntius, aut minor illo  
 Hospes, & ipse tamen contingens sanguine cœlum:  
 Alter aquis, alter flammis ad sidera missus.  
 Ferula nunc audi nullis ornata macellis.  
 De Tibertino veniet pinguiſſimus agro  
 Hœdulus, & toto grege mollior, inscius herbæ;  
 Necdum ausus virgas humilis mordere salicti:  
 Qui plus lactis habet, quam sanguinis; & montani  
 Asparagi, posito quos legit villica fuso.  
 Grandia præterea, tortoque calentia fœno  
 Ova adsunt ipsis cum matribus, & servatæ  
 Parte anni, quales fuerant in vitibus, uvæ:  
 Signinum Syriumque pyrum, de coribus Isdem.  
 Æmula Picenis, & odoris mala recentis,  
 Nec metuenda tibi, siccatum frigore postquam  
 Autumnum, & crudi posuere pericula succi.  
 Hæc olim nostri jam luxuriosa Senatus  
 Coena fuit. Curius, parvo quæ legerat horto,  
 Ipse focus brevibus ponebat oluscula: quæ nunc  
 Squalidus in magna fastidit compede fossor,  
 Qui meminit, calidæ sapiat quid vulva popinæ.  
 Sicci terga suis, rara pendentia crate,  
 Moris erat quondam festis servare diebus,  
 Et natalitium cognatis ponere lardum,  
 Accedente nova, si quam dabat hostia, carne.  
 Cognatorum aliquis titulo ter Consulis, atque

60

65

70

75

80

85

Castrorum imperiis, & Dictatoris honore  
 Functus, ad has epulas solito maturius ibat,  
 Erectum domito referens a monte ligonem.  
 Cum tremerent autem Fabios, durumque Catonem, 90  
 Et Scauros, & Fabricios, postremo severos  
 Censoris mores etiam collega timeret:  
 Nemo inter curas, & seria duxit habendum,  
 Qualis in Oceani fluctu testudo nataret,  
 Clarum Trojugenis factura, ac nobile fulcrum: 95  
 Sed nudo latere, & parvis frons ærea lectis  
 Vile coronati caput ostendebat aselli,  
 Ad quod lascivi ludebant ruris alumni.  
 Tales ergo cibi, qualis domus, atque supellex.  
 Tunc rudis, & Grajas mirari nescius artes, 100  
 Urbibus everfis prædarum in parte reperta  
 Magnorum artificum frangebat pocula miles,  
 Ut phaleris gauderet equus, cælataque cassis  
 Rómuleæ simulacra feræ mansuescere iussæ  
 Imperii fato, geminos sub rupe Quirinos, 105  
 Ac nudam effigiem clypeo venientis, & hasta,  
 Pendentisque Dei, perituro ostenderet hosti.  
 Argenti quod erat, solis fulgebat in armis.  
 Ponebant igitur Tusco farratâ catino  
 Omnia tunc: quibus inideas, si lividulus sis. 110  
 Templorum quoque majestas præsentior, & vox  
 Nocte fere media, mediamque audita per urbem,  
 Litore ab Oceani Gallis venientibus, & Dis  
 Officium vatis peragentibus, his monuit nos.  
 Hanc rebus Latiis curam præstare solebat 115  
 Fictilis, & nullo violatus Juppiter auro.

Illa domi natas, nostraque ex arbore mensas  
 Tempora viderunt: hoc lignum stabat ad usus,  
 Annosam si forte nucem dejecerat Eurus.  
 At nunc divitibus coenandi nulla voluptas, 120  
 Nil rhombus, nil dama sapit: putere videntur  
 Unguenta, atque rosæ; latos nisi suffinet orbes  
 Grande ebur, & magno sublimis pardus hiatu,  
 Dentibus ex illis, quos mittit porta Syenes,  
 Et Mauri celeres, & Mauro obscurior Indus; 125  
 Et quos deposuit Nabathæo bellua saltu,  
 Jam nimios, capitique graves. hinc surgit orexis,  
 Hinc stomacho vires: nam pes argenteus illis,  
 Annulus in digito quod ferreus. ergo superbum  
 Convivam caveo, qui me sibi comparat, & res 130  
 Despiciat exiguas. adeo nulla uncia nobis  
 Est eboris, nec tessellæ, nec calculus ex hac  
 Materia: quin ipsa manubria cultellorum  
 Ossea: non tamen his ulla unquam obsonia fiunt  
 Rancidula, aut ideo peior gallina secatur. 135  
 Sed nec structor erit, cui cedere debeat omnis  
 Pergula, discipulus Trypheri doctoris, apud quem  
 Sumine cum magno lepus, atque aper, & pygargus,  
 Et Scythicæ volucres, & phoenicopterus ingens,  
 Et Gætulus oryx, hebeti lautissima ferkò 140  
 Cæditur, & tota sonat ulmea coena Suburra.  
 Nec frustum capreæ subducere, nec latus Afræ  
 Novit avis noster tirunculus, ac rudis omni  
 Tempore, & exiguæ furtis imbutus ofellæ.  
 Plebejos calices, & paucis affibus emtos 145  
 Porriget incultus puer, atque a frigore tutus;



Non Phryx, aut Lycius, non a mangone petitus  
 Quisquam erit in magno. cum posces, posce Latine.  
 Idem habitus cunctis, tonsi, restique capilli,  
 Atque hodie tantum propter convivia pexi. 150  
 Pastoris duri est hic filius, ille bubulci:  
 Suspirat longo non visam tempore matrem,  
 Et casulam, & notos tristis desiderat hoedos.  
 Ingenui vultus puer, ingenuique pudoris,  
 Quales esse decet, quos ardens purpura vestit; 155  
 Nec pugillares defert in balnea raucus  
 Testiculos, nec vellendas jam præbuit alas,  
 Crassa nec opposito pavidus tegit inguina gutto:  
 Hic tibi vina dabit, diffusa in montibus illis,  
 A quibus ipse venit, quorum sub vertice lufit: 160  
 Namque una atque eadem est vini patria, atque ministri.  
 Forsitan expectes, ut Gaditana canoro  
 Incipiat prurire choro, plausuque probata  
 Ad terram tremulo descendant clune puellæ,  
 Irritamentum Veneris languentis, & acres 165  
 Divitis urticæ: major tamen ista voluptas  
 Alterius sexus: magis, ille extenditur, & mox  
 Auribus atque oculis concepta urina movetur.  
 Non capit has nugas humilis domus: audiat ille  
 Testarum crepitus cum verbis, nudum olido stans 170  
 Fornice mancipium quibus abstinet: ille fruatur  
 Vocibus obscœnis, omnique libidinis arte,  
 Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem:  
 Namque ibi Fortunæ veniam damus. alea turpis;  
 Turpe & adulterium mediocribus: hæc eadem illi 175  
 Omnia cum faciant, hilares nitidique vocantur.

Nostra dabunt alios hodie convivia ludos :

Conditor Iliados cantabitur , atque Maronis

Alfisoni dubiam facientia carmina palmam.

Quid refert, tales versus qua voce legantur ?

180

Sed nunc dilatis averte negotia curis ,

Et gratam requiem dona tibi , quando licebit

Per totam cessare diem : non fœnoris ulla

Mentio , nec , prima si luce egressa , reverti

Nocte solet , tacito bilem tibi contrahat uxor ;

185

Humida suspectis referens multicia rugis ,

Vexataque comas , & vultum , auremque calentem :

Protinus ante meum , quidquid dolet , exue limen :

Pone domum , & servos , & quidquid frangitur illis ,

Aut perit : ingratos ante omnia pone sodales.

190

Interea Megalesiacæ spectacula mappæ

Idæum sollemne colunt , similisque triumpho

Præda caballorum Prætor sedet , ac , mihi pace

Immensæ nimis licet si dicere plebis ,

Totam hodie Romam circus capit , & fragor aurem

195

Percutit , eventum viridis quo colligo panni.

Nam , si deficeret , mœstam attonitamque videres

Hanc urbem , veluti Cannarum in pulvere victis .

Consulibus spectent juvenes , quos clamor , & audax

Sponsio , quos cultæ decet assedisse puellæ :

200

Spectent hoc nuptæ juxta recubante marito ,

Quod pudeat narrasse aliquem præsentibus ipsis :

Nostra bibat vernum contracta cuticula solem ,

Effugiatque togam , jam nunc in balnea , salva

Fronte , licet vadas , quanquam solida hora superfit

205

Ad sextam , facere hoc non possis quinque diebus

Continuis, quia sunt talis quoque tædia vitæ  
Magna. Voluptates commendat rarior usus.

## S A T I R A XII.

**N**ATALI, Corvine, die mihi dulcior hæc lux;  
Qua festus promissa Deis animalia, cæspes  
Exspectat: niveam Reginæ cædimus agnam:  
Par vellus dabitur pugnanti Gorgone Maura.  
Sed procul extensum petulans quatit hostia funem;  
Tarpejo servata Jovi, frontemque coruscat:  
Quippe ferox vitulus, templis maturus & aræ,  
Spargendusque mero, quem jam pudet ubera matris  
Ducere, qui vexat nascenri robora cornu.  
Si res ampla domi, similisque affectibus esset;  
Pinguior Hispulla traheretur taurus, & ipsa  
Mole piger, nec finitima nutritus in herba,  
Læta sed ostendens Clitumni pascua fanguis  
Iret, & a grandi cervix ferienda ministro,  
Ob reditum trepidantis adhuc, horrendaque passu  
Nuper, & incolumem sese mirantis amici.  
Nam præter pelagi casus, & fulguris ictum  
Evasi, densæ coelum abscondere tenebræ  
Nube una, subitusque antennas impulit ignis;  
Cum se quisque illo percussum crederet, & mox  
Attonitus nullum conferri posse putaret  
Naufragium velis ardentibus, omnia fiunt  
Talia, tam graviter, si quando poetica surgit  
Tempesta, genus ecce aliud discriminis: audi

Et miserere iterum, quanquam sint cetera sortis 25  
 Eiusdem: pars dira quidem, sed cognita multis,  
 Et quam votiva testantur fana tabella  
 Plurima. pictores quis nescit ab Iside pasci?  
 Accidit & nostro similis fortuna Catullo.  
 Cum plenus fluctu medius foret alveus, & jam; 30  
 Alternum puppis latus evertentibus undis  
 Arboris incertæ, nullam prudentia cani  
 Rectoris conferret opem; decidere jactu  
 Coepit cum ventis, imitatus castora, qui fe  
 Eunuchum ipse facit, cupiens evadere damno 35  
 Testiculorum: adeo medicatum intelligit inguen.  
 Fundite, quæ mea sunt, dicebat, cuncta, Catullus,  
 Præcipitare volens etiam pulcherrima, vestem  
 Purpuream, teneris quoque Mæcenatibus aptam,  
 Atque alias, quarum generosi graminis ipsum 40  
 Infecit natura pecus, sed & egregius fons  
 Viribus occultis, & Bæticus adjuvat aer.  
 Ille nec argentum dubitabat mittere, lances  
 Parthenio factas, urnæ cratera capacem,  
 Et dignum sitiente Pholo, vel conjuge Fusci. 45  
 Adde & bascaudas, & mille escaria, multum  
 Cælati, biberat quo callidus emtor Olynthi.  
 Sed quis nunc alius, qua mundi parte, quis audet  
 Argento præferre caput, rebusque salutem?  
 Non propter vitam faciunt patrimonia quidam, 50  
 Sed vitio cæci propter patrimonia vivunt.  
 Jactatur rerum utilium pars maxima: sed nec  
 Damna levant. tunc, adversis urgentibus, illuc  
 Recidit, ut malum ferro submitteret, ad se

Explicat angustum, discriminis ultima quando  
 Prædia afferimus, navem factura minorem. 55  
 I nunc, & ventis animam committe, dolato  
 Confusus ligno, digitis a morte remotus  
 Quatuor, aut septem, si sit latissima tæda!  
 Mox cum reticulis, & pane, & ventre lagenæ 60  
 Aspice sumendas in tempestate secures.  
 Sed postquam jacuit planum mare, tempora postquam  
 Prospera vectoris, fatumque valentius Euro,  
 Et pelago; postquam Parcæ meliora benigna  
 Pensa manu ducunt hilares, & staminis albi 65  
 Lanificæ: modica nec multum fortior aura  
 Ventus adest: inopi miserabilis arte cucurrit  
 Vestibus extentis, & quod superaverat, unum;  
 Velo prora suo: jam deficientibus Austris,  
 Spes vitæ cum sole redit: tum gratus Iulo, 70  
 Atque novercali sedes prælata Lavino,  
 Conspicitur sublimis apex, cui candida nomen  
 Scrofa dedit, lætis Phrygibus mirabile fumen,  
 Et nunquam visis triginta clara mamillis.  
 Tandem intrat positas inclusa per æquora moles; 75  
 Tyrrenamque Pharon, porrectaque brachia tursum;  
 Quæ pelago currunt medio; longeque relinquunt  
 Italiam. non sic igitur mirabere portus,  
 Quos natura dedit: sed trunca puppe magister  
 Interiora petit Bajanæ pervia cymbæ. 80  
 Tuti stagna sinus. gaudent ibi vertice raso  
 Garrula securi narrare pericula nautæ.  
 Ite igitur, pueri, linguis animisque faventes,  
 Setaque delubris, & farra imponite cultris,

Ac molles ornate focos, glebamque virentem : 85  
 Jam sequar, & sacro, quod præstat, rite peracto,  
 Inde domum reëpetam, graciles ubi parva coronas  
 Accipiunt fragili simulacra nitentia cera.  
 Hic nostrum placabo Jovem, laribusque paternis  
 Tura dabo, atque omnes violæ jactabo colores. 95  
 Cuncta nitent; longos erexit janua ramos,  
 Et matutinis operitur festa lucernis.  
 Nec suspecta tibi sint hæc, Corvine: Catullus,  
 Pro cuius reditu tot pono altaria, parvos  
 Tres habet heredes. libet expectare, quis ægram 95  
 Et claudentem oculos gallinam impendat amico  
 Tam sterili. verum hæc nimia est impensa: coturnix  
 Nulla unquam pro patre cadet. sentire calorem  
 Si cœpit locuples Gallita, & Paccius, orbi,  
 Legitime fixis vestitur tota tabellis 100  
 Porticus: existunt, qui promittant hecatomben:  
 Quatenus hic non sunt, nec venales elephantia,  
 Nec Latio, aut usquam sub nostro fidere talis  
 Belluâ concipitur: sed furva gente petita,  
 Arboribus Rutulis, & Turni pascitur agro 105  
 Cæsaris armentum, nulli servire paratum  
 Privato: siquidem Tyrio parere solebant  
 Hannibali, & nostris ducibus, regique Molosso:  
 Horum majores, ac dorso ferre cohortes,  
 Partem aliquam belli, & euntem in proelia turrim: 110  
 Nulla igitur mora per Novium, mora nulla per Istram  
 Pacuvium, quin illud ebur ducatur ad aras,  
 Et cadat ante lares Gallitæ victima sola,  
 Tantis digna Deis, & captatoribus horum.

Alter enim, si concedas mactare, vovebit  
 De grege servorum magna, aut pulcherrima quæque  
 Corpora; vel pueris, & frontibus ancillarum  
 Imponet vittas: &, si qua est nubilis illi  
 Iphigenia domi, dabit hanc altaribus; et si  
 Non sperat tragicæ furtiva piacula cervæ. 120  
 Laudo meum civem, nec comparo testamento  
 Mille rates: nam si Libitinam evaserit æger,  
 Delebit tabulas, inclusus carcere nastæ,  
 Post meritum sane mirandum, atque omnia soli  
 Forfan Pacuvio breviter dabit. ille superbus 125  
 Incedet victis rivalibus. ergo vides, quam  
 Grande operæ prætium faciat jugulata Mycenis.  
 Vivat Pacuvius, quæso, vel Nestora totum:  
 Possideat, quantum rapuit Nero: montibus aurum  
 Exæquet; nec amet quenquam, nec ametur ab ullo! 130

D. JUNII JUVENALIS  
 AQUINATIS  
 SATIRARUM  
 LIBER QUINTUS.

---

SATIRA XIII.

**E**XEMPLO quodcunque malo committitur, ipsi  
 Displicet auctori. Prima est hæc ultio, quod, se  
 Judice, nemo nocens absolvitur; improba quamvis  
 Gratia fallaci Prætoris vicerit urna.  
 Quid sentire putas omnes, Calvine, recenti  
 De scelere, & fidei violatæ crimine? sed nec  
 Tam tenuis census tibi contigit, ut mediocris  
 Jacturæ te mergat onus: nec rara videmus,  
 Quæ pateris. casus multis hic cognitus, ac jam  
 Tritus, & e medio Fortunæ ductus acervo.  
 Ponamus nimios gemitus: flagrantior æquo  
 Non debet dolor esse viri, nec vulnere major:  
 Tu quamvis levium minimam, exiguamque malorum  
 Particulam vix ferre potes, spumantibus ardeas



Visceribus, sacrum tibi quod non reddat amicus  
15  
Depositum. stupet hæc, qui jam post terga reliquit  
Sexaginta annos, Fontejo Consule natus?  
An nihil in melius tot rerum proficit usu?  
Magna quidem, sacris quæ dat præcepta libellis  
20  
Victrix fortunæ sapientia. Ducimus autem  
Hos quoque felices, qui ferre incommoda vitæ,  
Nec jactare jugum, vita didicere magistra.  
Quæ tam festa dies, ut cesset prodere furem,  
Perfidiam, fraudes, atque omni ex crimine lucrum  
35  
Quæsitum, & partos gladio vel pyxide nummos?  
Rari quippe boni: numerus vix est totidem, quot,  
Thebarum portæ, vel divitis ostia Nili.  
Nona ætas agitur, pejoraque secula ferri  
Temporibus: quorum sceleri non invenit ipsa  
40  
Nomen, & a nullo posuit natura metallo.  
Nos hominum Divûmque fidem clamore ciemus;  
Quanto Fæsidium laudat vocalis agentem  
Sportula. dic senior bulla dignissime, nescis,  
Quas habeat Veneres aliena pecunia? nescis,  
55  
Quem tua simplicitas risum vulgo moveat, cum  
Exigis a quoquam, ne pejeret, & putet ullis  
Esse aliquod numen templis, aræque rubenti?  
Quondam hoc indigenæ vivebant more, priusquam  
Sumeret agrestem posito diademate falcem  
60  
Saturnus fugiens: tunc, cum virguncula Juno;  
Et privatus adhuc Idæis Juppiter antris.  
Nulla super nubes convivium Cœlicolarum,  
Nec puer Iliacus, formosa nec Herculis uxor  
Ad cyathos, & jam ficcato nectare tergens

Brachia Vulcanus Liparæa nigra taberna.  
 Prandebat sibi quisque Deus, nec turba Deorum  
 Talis, ut est hodie, contentaque sidera paucis  
 Numinibus miserum urgebant Atlanta minori  
 Pondere: nondum aliquis fortitus triste profundi  
 Imperium, aut Sicula torvus cum conjuge Pluton:  
 Nec rota, nec Furiæ, nec saxum, aut vulturis atris  
 Poena; sed infernis hilares sine regibus umbræ.  
 Improbitas illo fuit admirabilis ævo.  
 Credebant hoc grande nefas, & morte piandum;  
 Si juvenis vetulo non affurrexerat, & si  
 Barbato cuicumque puer, licet ipse videret  
 Plura domi fraga, & majores glandis acervos:  
 Tam venerabile erat præcedere quatuor annis,  
 Primaque par adeo sacræ lanugo senectæ!  
 Nunc, si depositum non infitietur amicus,  
 Si reddat veterem cum tota ærugine follem;  
 Prodigiosa fides, & Tuscis digna libellis,  
 Quæque coronata lustrari debeat agna.  
 Egregium sanctumque virum si cerno, bimembri  
 Hoc monstrum puero, vel mirandis sub aratro  
 Piscibus inventis, & foetæ comparo mulæ,  
 Sollicitus, tanquam lapides effuderit imber,  
 Examenque apium longa confederit uva  
 Culmine delubri, tanquam in mare fluxerit amnis  
 Gurgitibus miris, & lactis vortice torrens.  
 Intercepta decem quereris festertia fraude  
 Sacrilega? quid si bis centum perdidit alter  
 Hoc arcana modo? majorem tertius illa  
 Summam, quam patulæ vix ceperat angulus arcæ?

45

50

55

60

65

70

Tam facile & pronum est superos contemnere testes, 75  
 Si mortalis idem nemo sciat! aspice, quanta  
 Voce neget; quæ sit ficti constantia vultus.  
 Per Solis radios, Tarpejaque fulmina jurat,  
 Et Martis frameam, & Cirrhæi spicula vatis;  
 Per calamos venatricis pharetramque puellæ, 80  
 Perque tuum, pater Ægæi Neptune, tridentem:  
 Addit & Herculeos arcus, hastamque Minervæ,  
 Quidquid habent telorum armamentaria cœli.  
 Si vero & pater est, Comedam, inquit, flebile nati  
 Sinciput elixi, Pharioque madentis aceto: 85  
 Sunt, in Fortunæ qui casibus omnia ponant,  
 Et nullo credant mundum rectore moveri,  
 Natura volvente vices & lucis, & anni;  
 Atque ideo intrepidi quæcunque altaria tangunt:  
 Est alius, metuens ne crimen poena sequatur: 90  
 Hic putat esse Deos, & pejerat, atque ita secum:  
 Decernat, quodcunque volet, de corpore nostro  
 Ihs, & irato feriat mea lumina fistro,  
 Dummodo vel cæcus teneam, quos abnego, nummos.  
 Et phthisis, & vomicæ putres, & dimidium crus 95  
 Sunt tanti? pauper locupletem optare podagram  
 Nec dubitet Ladas, si non eget Anticyra, nec  
 Archigene. quid enim velocis gloria plantæ  
 Præstat, & esuriens Pisææ ramus olivæ?  
 Ut sit magna, tamen certe lenta ira Deorum est. 100  
 Si curant igitur cunctos punire nocentes,  
 Quando ad me venient? sed & exorabile numen  
 Fortasse experiar: solet his ignoscere. multi  
 Committunt eadem diverso crimina fato:

Ille crucem sceleris pretium tulit, hic diadema: 105  
 Sic animum diræ trepidum formidine culpæ  
 Confirmant. tunc te sacra ad delubra vocantem  
 Præcedit, trahere immo ultro, ac vexare paratus.  
 Nam, cum magna malæ superest audacia causæ,  
 Creditur a multis fiducia. mimum agit ille, 110  
 Urbani qualem fugitivus scurra Catulli:  
 Tu miser exclamas, ut Stentora vincere possis;  
 Vel potius, quantum Gradivus Homericus: Audis;  
 Juppiter, hæc, nec labra moves, cum mittere vocem  
 Debueras, vel marmoreus, vel æneus? aut cur 115  
 In carbone tuo charta pia tura soluta  
 Ponimus, & sectum vituli jecur, albaque porci  
 Omenta? ut video, nullum discrimen habendum est  
 Effigies inter vestras, statuamque Vagelli.  
 Accipe, quæ contra valeat solatia ferre, 120  
 Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata legit  
 A Cynicis tunica distantia; non Epicurum  
 Suspiciet exigui lætum plantaribus horti.  
 Curentur dubii medicis majoribus ægri;  
 Tu venam vel discipulo committe Philippi: 125  
 Si nullum in terris tam detestabile factum  
 Ostendis, taceo; nec pugnis cædere pectus  
 Te veto, nec plana faciem contundere palma:  
 Quandoquidem accepto claudenda est janua damno;  
 Et majore domus gemitu, majore tumultu 130  
 Planguntur nummi, quam funera. nemo dolorem  
 Fingit in hoc casu, vestem diducere summam  
 Contentus, vexare oculos humore coacto.  
 Ploratur lacrimis amissa pecunia veris.

Sed si cuncta vides simili fora plena querela ; 135

Si , decies lectis diversa parte tabellis ,

Vana supervacui dicunt chirographa ligni ,

Arguit ipsorum quos litera , gemmaque princeps

Sardonychum , loculis quæ custoditur eburnis :

Ten' , o delicias , extra communia censes 140

Ponendum ? qui tu gallinæ filius albæ ,

Nos viles pulli nati infelicibus ovis ?

Rem pateris modicam , & mediocri bile ferendam ;

Si flectas oculos majora ad crimina. confer

Conductum latronem , incendia sulphure cœpta , 145

Atque dolo , primos cum janua colligit ignes :

Confer & hos , veteris qui tollunt grandia templi

Pocula adorandæ rubiginis , & populorum

Dona , vel antiquo positas a rege coronas.

Hæc ibi si non sunt , minor exstat sacrilegus , qui 150

Radat inaurati femur Herculis , & faciem ipsam

Neptuni ; qui bracteolam de Castore ducat.

An dubitet , solitus totum conflare Tonantem ?

Confer & artifices , mercatoremque veneni ,

Et deducendum corio bovis in mare , cum quo 155

Clauditur adversis innoxia simia fatis.

Hæc quota pars scelerum , quæ custos Gallicus urbis

Usque a lucifero , donec lux occidat , audit ?

Humani generis mores tibi nosse volenti

Sufficit una domus. paucos consume dies , & 160

Dicere te miserum , postquam illinc veneris , aude.

Quis tumidum guttur miratur in Alpibus ? aut quis

In Meroe crasso majorem infante mamillam ?

Cærule quis stupuit Germani lumina , flavam

Cæsariem, & madido torquentem cornua cirro? 169  
 Nempe quod hæc illis natura est omnibus una.  
 Ad subitas Thræcum volucres, nubemque sonoram  
 Pygmæus parvis currit bellator in armis:  
 Mox impar hosti, raptusque per aera curvis  
 Unguibus a sæva fertur grue. si videas hoc 170  
 Gentibus in nostris, risu quatire: sed illic  
 Quanquam eadem assidue spectentur prælia, ridet  
 Nemo, ubi tota cohors pede non est altior uno.  
 Nullane perjuri capitis, fraudisque nefandæ  
 Poena erit? abreptum crede hunc graviore catena 175  
 Protinus, & nostro (quid plus velit ira?) necari  
 Arbitrio. manet illa tamen jactura, nec unquam  
 Deposited tibi sospes erit: sed corpore trunco  
 Invidiosa dabit minimus solatia sanguis.  
 At vindicta bonum vita jucundius ipsa. 180  
 Nempe hoc indocti, quorum præcordia nullis  
 Interdum, aut levibus videas flagrantia causis.  
 Quantulacunque adeo est occasio, sufficit iræ.  
 Chrysiippus non dicet idem, nec mite Thaletis  
 Ingenium, dulcique senex vicinus Hymetto, 185  
 Qui partem acceptæ sæva inter vincla cicutæ  
 Accusatori nollet dare. plurima felix  
 Paulatim vitia, atque errores exuit omnes,  
 Prima docet rectum sapientia: quippe minuti  
 Semper & infirmi est animi exiguique voluptas 190  
 Ultio. continuo sic collige, quod vindicta  
 Nemo magis gaudet, quam femina. cur tamen hos tu  
 Evasisse putes, quos diri conscia facti  
 Mens habet attonitos, & surdo verberare cædit

Occultum quatiente animo tortore flagellum? 199  
 Pœna autem vehemens, ac multo sævior illis,  
 Quas & Cæditius gravis invenit, aut Rhadamanthus,  
 Nocte dieque suum gestare in pectore testem.  
 Sparrano cuidam respondit Pythia vates:  
 Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret 200  
 Deposita retinere, & fraudem jure tueri  
 Jurando: quærebat enim, quæ numinis esset  
 Mens, & an hoc illi facinus suaderet Apollo?  
 Reddidit ergo metu, non moribus; & tamen omnem  
 Vocem adyti dignam templo, veramque probavit, 205  
 Exstinctus tota pariter cum prole domoque,  
 Et, quamvis longa deductis gente, propinquis.  
 Has patitur poenas peccandi sola voluntas.  
 Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum,  
 Facti crimen habet. cedo, si conata peregit? 210  
 Perpetua anxietas nec mensæ tempore cessat,  
 Faucibus ut morbo ficcis, interque molares  
 Difficili crescente cibo. sed vina misellus  
 Exspuit: Albani veteris pretiosa senectus.  
 Displicet. ostendas melius, densissima ruga 215  
 Cogitur in frontem, velut acri ducta Falerno.  
 Nocte brevem si forte indulsit cura soporem,  
 Et toto versata toro jam membra quiescunt:  
 Continuo templum, & violati numinis aras,  
 Et, quod præcipuis mentem sudoribus urget, 220  
 Te videt in somnis. tua sacra & major imago  
 Humana turbat pavidum, cogitque fateri.  
 Hi sunt, qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent;  
 Cum tonat: exanimes primo quoque murmure cœli;

Non quasi fortuitus, nec ventorum rabie, sed 225  
 Iratus cadat in terras, & iudicet ignis.  
 Illa nihil nocuit, cura graviore timetur  
 Proxima tempestas: velut hoc dilata sereno:  
 Præterea, lateris vigili cum febre dolorem  
 Si cœpere pati, missum ad sua corpora morbum 230  
 Infesto credunt a numine: saxa Deorum  
 Hæc, & tela putant. pecudem spondere facello  
 Balantem, & laribus cristam promittere galli  
 Non audent. quid enim sperare nocentibus ægris  
 Concessum? vel quæ non dignior hostia vita? 235  
 Mobilis & varia est ferme natura malorum.  
 Cum scelus admittunt, superest constantia: quod fas;  
 Atque nefas, tandem incipiunt sentire peractis  
 Criminibus. tamen ad mores natura recurrit  
 Damnatos, fixa & mutari nescia. nam quis 240  
 Peccandi finem posuit sibi? quando recepit  
 Ejectum semel attrita de fronte ruborem?  
 Quisnam hominum est, quem tu contentum videris uno  
 Flagitio? dabit in laqueum vestigia noster  
 Perfidus, & nigri patietur carceris uncum, 245  
 Aut maris Ægæi rupem, scopulosque frequentes  
 Exfulibus magnis. poena gaudebis amara  
 Nominis invisi, tandemque fatebere lætus  
 Nec surdum, nec Tiresiam quenquam esse Deorum:



## SATIRA XIV.

**P**LURIMA sunt, Fuscine, & fama digna sinistra,  
 Et nitidis maculam hæsuram figentia rebus,  
 Quæ monstrant ipsi pueris traduntque parentes.  
 Si damnosa senem juvat alea, ludit & heres  
 Bullatus, parvoque eadem movet arma fritillo. 5  
 Nec melius de se cuiquam sperare propinquo  
 Concedet juvenis, qui radere tubera terræ,  
 Boletum condire, & eodem jure natantes  
 Mergere ficedulas didicit, nebulone parente,  
 Et cana monstrante gula. cum septimus annus 10  
 Transierit puerum, nondum omni dente renato,  
 Barbatos licet admoveas mille inde magistrōs,  
 Hinc totidem, cupiet lauto cœnare paratu  
 Semper, & a magna non degenerare culina.  
 Mitem animum, & mores modicis erroribus æquos 15  
 Præcipit, atque animas servorum & corpora, nostra  
 Materia constare putat, paribusque elementis;  
 An sævire docet Rutilus? qui gaudet acerbo  
 Plagarum strepitu, & nullam Sirena flagellis  
 Comparat, Antiphates trepidi laris, ac Polyphemus? 20  
 Tum felix, quoties aliquis tortore vocato  
 Uritur ardenti duo propter lintea ferro.  
 Quid suadet juveni lætus stridore catenæ,  
 Quem mire afficiunt inscripta ergastula, carcer  
 Rusticus? exspectas, ut non sit adultera Largæ 25  
 Filia, quæ nunquam maternos dicere moechos  
*Persius & Juvenalis.* K

Tam cito , nec tanto poterit contexere cursu ,  
 Ut non ter decies respiret ? conscia matri  
 Virgo fuit : ceras nunc hac distantē pusillas  
 Implet , & ad mœchum dat eisdem ferre cinædis : 30  
 Sic natura jubet : velocius , & citius nos  
 Corruptum vitiorum exempla domestica , magnis  
 Cum subeunt animos auctoribus. unus & alter  
 Forsitan hæc spernant juvenes , quibus arte benigna ,  
 Et meliore luto finxit præcordia Titan : 35  
 Sed reliquos fugienda patrum vestigia ducunt ,  
 Et monstrata diu veteris trahit orbita culpæ.  
 Abstineas igitur damnandis. hujus enim vel  
 Una potens ratio est , ne crimina nostra sequantur  
 Ex nobis geniti : quoniam dociles imitandis 40  
 Turpibus ac pravis omnes sumus ; & Catilinam  
 Quocunque in populo videas , quocunque sub axe :  
 Sed nec Brutus erit , Bruti nec avunculus usquam.  
 Nil dictu foedum visuque hæc limina tangat ,  
 Intra quæ puer est. procul hinc , procul inde puellæ 45  
 Lenonum , & cantus pernoctantis parasiti.  
 Maxima debetur puero reverentia. si quid  
 Turpe paras , nec tu pueri contemseris annos :  
 Sed peccaturo obstet tibi filius infans.  
 Nam si quid dignum Censoris fecerit ira , 50  
 Quandoque , & similem tibi se non corpore tantum ,  
 Nec vultu dederit , morum quoque filius , & qui  
 Omnia deterius tua per vestigia peccet ,  
 Corripies nimirum , & castigabis acerbo  
 Clamore , ac post hæc tabulas mutare parabis. 55  
 Unde tibi frontem libertatemque parentis ,

Cum facias pejora senex , vacuumque cerebro  
Jam pridem caput hoc ventosa cucurbita quærat ?

Hospite venturo , cessabit nemo tuorum :

Verre pavimentum , nitidas offende columnas , 60  
Arida cum tota descendat aranea tela :

Hic læve argentum , vasa aspera tergeat alter :

Vox domini furit instantis , virgamque tenentis .

Ergo miser trepidas , ne stercore foeda canino

Atria displiceant oculis venientis amici , 65

Nec perfusa luto fit porticus ; & tamen uno

Semodio scobis hæc emendat servulus unus :

Illud non agitas , ut sanctam filius omni

Aspiciat sine labe domum , vitioque carentem ?

Gratum est , quod patriæ civem populoque dedisti , 70

Si facis , ut patriæ sit idoneus , utilis agris ,

Utilis & bellorum , & pacis rebus agendis .

Plurimum enim intererit , quibus artibus , & quibus hunc tu

Moribus instituas : serpente ciconia pullos

Nutrit , & inventa per devia rura lacerta : 75

Illi eadem sumtis quærunt animalia pinnis .

Vultur jumento , & canibus , crucibusque relictis ;

Ad foetus properat , partemque cadaveris affert .

Hic est ergo cibus magni quoque vulturis , & se

Pascentis , propria cum jam facit arbore nidos . 80

Sed leporem , aut capream , famulæ Jovis , & generosæ

In saltu venantur aves : hinc præda cubili

Ponitur : inde autem , cum se matura levarit

Progenies , stimulante fame , festinat ad illam ,

Quam primum prædam rupto gustaverat ovo . 85

Ædificator erat Cætronius , & modo curvo

Litore Cajetæ, summa nunc Tiburis arce,  
 Nunc Prænestinis in montibus, alta parabat  
 Culmina villarum, Græcis, longeque petitis  
 Marmoribus, vincens Fortunæ atque Herculis ædem: 90  
 Ut spado vincebat Capitolia nostra Posides.  
 Dum sic ergo habitat Cetrionius, imminuit rem,  
 Fregit opes, nec parva tamen mensura relictæ  
 Partis erat: totam hanc turbavit filius amens,  
 Dum meliore novas attollit marmore villas. 95  
 Quidam sortiti metuentem sabbata patrem,  
 Nil præter nubes, & cœli numen adorant;  
 Nec distare putant humana carne suillam,  
 Qua pater abstinuit; mox & præputia ponunt:  
 Romanas autem soliti contemnere leges, 100  
 Judaicum ediscunt, & servant, ac metuunt jus,  
 Tradidit arcano quodcumque volumine Moses.  
 Non monstrare vias, eadem nisi sacra colenti:  
 Quæsitum ad fontem solos deducere verpos.  
 Sed pater in causa, cui septima quæque fuit lux 105  
 Ignava, & partem vitæ non attigit ullam.  
 Sponte tamen juvenes imitantur cetera: solam  
 Inviti quoque avaritiam exercere jubentur.  
 Fallit enim vitium specie virtutis & umbra,  
 Cum sit triste habitu, vultuque & veste severum. 110  
 Nec dubie, tanquam frugi, laudatur avarus,  
 Tanquam parcus homo, & rerum tutela suarum.  
 Certa magis, quam si fortunas fervet easdem  
 Hesperidum serpens, aut Ponticus. adde quod hunc, de  
 Quo loquor, egregium populus putat acquirendi 115  
 Artificem: quippe his crescunt patrimonia fabris.

Sed crescunt quocunque modo, majoraque fiunt  
 Incude affidua, semperque ardente camino,  
 Et pater ergo animi felices credit avaros,  
 Qui miratur opes, qui nulla exempla beati  
 Pauperis esse putat: juvenes hortatur, ut illam  
 Ire viam pergant, & eidem incumbere sectæ.  
 Sunt quædam vitiorum elementa: his protinus illos.  
 Imbuit, & cogit minimas ediscere sordes.  
 Mox acquirendi docet insatiabile votum.  
 Servorum ventres modio castigat iniquo,  
 Ipse quoque esuriens: neque enim omnia sustinet unquam  
 Mucida cærulei panis, consumere frustra,  
 Hesternum solitus medio servare minutal  
 Septembri; nec non differre in tempora cœnæ  
 Alterius, conchem æstivam cum parte lacerti.  
 Signatam, vel dimidio putrique siluro,  
 Filaque festivi numerata includere porri.  
 Invitatus ad hæc aliquis de ponte negavit.  
 Sed quo divitias hæc per tormenta coactas,  
 Cum furor haud dubius, cum sit manifesta phrænesis,  
 Ut locuples moriatis, egentis vivere fato?  
 Interea pleno cum turget sacculus ore,  
 Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crevit;  
 Et minus hanc optat, qui non habet. ergo paratur  
 Altera villa tibi, cum rus non sufficit unum,  
 Et profetere libet fines; majorque videtur,  
 Et melior vicina feges: mercaris & hanc, &  
 Arbusta, & densa montem qui canet oliva.  
 Quorum si pretio dominus non vincitur ullo,  
 Nocte boves macri, lassoque famelica collo

120

125

130

135

140

145

Jumenta ad virides hujus mittentur aristas ;  
 Nec prius inde domum , quam tota novalia sævos  
 In ventres abeant , ut credas falcibus actum.  
 Dicere vix possis , quam multi talia plorent , 150  
 Et quot venales injuria fecerit agros.  
 Sed qui sermones ? quam foedæ buccina famæ ?  
 Quid nocet hæc ? inquit. tunicam mihi malo lupinæ ,  
 Quam si me toto laudet vicinia pago ,  
 Exigui ruris paucissima farra secantem. 155  
 Scilicet & morbis , & debilitate carebis ,  
 Et luctum & curam effugies , & tempora vitæ  
 Longa tibi post hæc fato meliore dabuntur ;  
 Si tantum culti solus possederis agri ,  
 Quantum sub Tatio populus Romanus arabat. 160  
 Mox etiam fractis ætate , ac Punica passis  
 Proelia , vel Pyrrhum immanem , gladiosque Molossos ,  
 Tandem pro multis vix jugera bina dabantur  
 Vulneribus. merces hæc sanguinis atque laboris  
 Nullis visa unquam meritis minor , aut ingratae 165  
 Curta fides patriæ. saturabat glebula talis  
 Patrem ipsum , turbamque casæ , qua foeta jacebat  
 Uxor , & infantes ludebant quatuor , unus  
 Vernula , tres domini : sed magnis fratribus horum  
 A scrobe , vel sulco redeuntibus , altera coena 170  
 Amplior , & grandes fumabant pultibus ollæ.  
 Nunc modus hic agri nostro non sufficit horto.  
 Inde fere scelerum causæ , nec plura venena  
 Miscuit , aut ferro grassatur sæpius ullum  
 Humanæ mentis vitium , quam sæva cupido 175  
 Immodici census. nam dives qui fieri vult ,

Et cito vult fieri. sed quæ reverentia legum,  
 Quis metus, aut pudor est unquam properantis avari?  
 Vivite contenti casulis & collibus istis,  
 O pueri, Marfus dicebat & Hernicus olim, 180  
 Vestinusque senex; panem quæramus aratro,  
 Quis satis est mensis: laudant hoc numina ruris,  
 Quorum ope & auxilio, gratæ post munus aristæ,  
 Contingunt homini veteris fastidia quercus:  
 Nil veritum fecisse volet, quem non pudet alto 185  
 Per glaciem perone tegi; qui summovet Euros  
 Pellibus inverfis. peregrina ignotaque nobis  
 Ad scelus, atque nefas, quæcunque est, purpura ducit.  
 Hæc illi veteres præcepta minoribus: at nunc  
 Post finem autumnii media de nocte supinum, 190  
 Clamofus juvenem pater excitat: Accipe ceras,  
 Scribe, puer, vigila, causas age, perlege rubras  
 Majorum leges, aut vitem posce libello.  
 Sed caput intactum buxo, naresque pilosas  
 Annotet, & grandes miretur Lælius alas. 195  
 Diræ Maurorum attegias, castella Brigantum,  
 Ut locupletem aquilam tibi sexagesimus annus  
 Afferat: aut, longos castrorum ferre labores  
 Si piget, & trepidum solvunt tibi cornua ventrem  
 Cum lituis audita, pares, quod vendere possis 200  
 Pluris dimidio, nec te fastidia mercis.  
 Ullius subeant ablegandæ Tiberim ultra:  
 Neu credas ponendum aliquid discriminis inter  
 Unguenta, & corium. lucri bonus est odor ex re:  
 Qualibet. illa tuo sententia semper in ore. 205  
 Versetur; Dis. atque ipso Jove digna, poetæ:

Unde habeas, quærit nemo; sed oportet habere.  
 Hoc monstrant vetulæ pueris repentibus affæ:  
 Hoc discunt omnes ante alpha & beta puellæ.  
 Talibus instantem monitis quemcunque parentem 210  
 Sic possem affari: Dic, o vanissime, quis te  
 Festinare jubet? meliorem præsto magistro  
 Discipulum. securus abi: vinceris, ut Ajax  
 Præterijt Telamonem, ut Pelea vicit Achilles.  
 Parcendum est teneris. nondum implevere medullas 215  
 Maturæ mala nequitia. ast cum peßtere barbam  
 Coeperit, & longi mucronem admittere cultri,  
 Falsus erit testis, vendet perjurja summa  
 Exigua, & Cereris tangens aramque pedemque.  
 Elatam jam crede nurum, si limina vestra 220  
 Mortifera cum dote subit. quibus illa præmetur  
 Per somnum digitis: nam quæ terraque marique  
 Acquirenda putas, brevior via conferet illi.  
 Nullus enim magni sceleris labor. Hæc ego nunquam  
 Mandavi, dices olim, nec talia suasi: 225  
 Mentis causa malæ tamen est, & origo penes te.  
 Nam quisquis magni census præcepit amorem,  
 Et lævo monitu pueros producit avaros,  
 Et qui per fraudes patrimonia conduplicare  
 Dat libertatem, & totas effundit habenas 230  
 Curriculo: quem si revoces, subsistere nescit,  
 Et te contempto rapitur, metisque relictis.  
 Nemo satis credit tantum delinquere, quantum  
 Permittas: adeo indulgent sibi latius ipsi.  
 Cum dicis juveni, stultum, qui donet amico, 235  
 Qui paupertatem levet, attollatque propinqui.



Et spoliare doces, & circumscribere, & omni  
 Crimine divitias acquirere, quarum amor in te,  
 Quantus erat patriæ Deciorum in pectore, quantum  
 Dilexit Thebas, si Græcia vera, Menœceus: 240,  
 In quorum sulcis legiones dentibus anguis  
 Cum clypeis nascuntur, & horrida bella capeffunt  
 Continuo, tanquam & tubicen surrexerit una.  
 Ergo ignem, cujus scintillas ipse dedisti,  
 Flagrantem late, & rapientem cuncta videbis. 245  
 Nec tibi parceretur misero, trepidumque magistrum  
 In cavea magno fremitu leo tollet alumnus.  
 Nota mathematicis genesis tua: sed grave tardas  
 Exspectare colus. morieris flamine nondum  
 Abrupto. jam nunc obstas, & vota moraris: 250  
 Jam torquet juvenem longa & cervina senectus.  
 Ocius Archigenem quære, atque eme, quod Mithridates  
 Composuit, si vis aliam decerpere ficum,  
 Atque alias tractare rosas, medicamen habendum est,  
 Sorbere ante cibum quod debëat & pater & rex. 255  
 Monstro voluptatem egregiam, cui nulla theatra,  
 Nulla æquare queas Prætoris pulpita lauri,  
 Si spectes, quanto capitis discrimine consent  
 Incrementa domus, ærata multus in arca  
 Fiscus, & ad vigilem ponendi Castora nummi, 260  
 Ex quo Mars ultor galeam quoque perdidit, & res  
 Non potuit servare suas. ergo omnia Floræ  
 Et Cereris licet, & Cybeles aulæa relinquas:  
 Tantò majores humana negotia ludi.  
 An magis oblectant animum jactata petrauro 265  
 Corpora, quique solet rectum descendere funem;

Quam tu , Corycia semper qui puppe moraris ,  
 Atque habitas , Coro semper tollendus & Austro ;  
 Perditus , ac vilis sacci mercator olentis :  
 Qui gaudes pingue antiquæ de litore Cretæ 270  
 Passum , & municipes Jovis advexisse lagenas ?  
 Hic tamen ancipiti figens vestigia planta  
 Victum illa mercede parat , brumamque famemque  
 Illa recte cavet : tu propter mille talenta ,  
 Et centum villas temerarius. aspice portus , 275  
 Et plenum magnis trabibus mare : plus hominum est jam.  
 In pelago : veniet classis , quocunq; vocarit  
 Spes lucri , nec Carpathium , Gætulaque tantum  
 Æquora transiliet : sed longe Calpe relicta ,  
 Audiet Herculeo stridentem gurgite solem. 280  
 Grande operæ pretium est , ut tenso folle reverti  
 Inde domum possis , tumidaque superbus aluta ,  
 Oceani monstra , & juvenes vidisse marinos.  
 Non unus mentes agitat furor. ille sororis  
 In manibus vultu Eumenidum terretur & igni : 285  
 Hic bove percusso mugire Agamemnona credit ,  
 Aut Ithacum. parcat tunicis licet atque lacernis ,  
 Curatoris eget , qui navem mercibus implet  
 Ad summum latus , & tabula distinguitur unda :  
 Cum sit causa mali tanti , & discriminis hujus , 290  
 Concisum argentum in titulos faciesque minutas.  
 Occurrunt nubes & fulgura : solvite funem ,  
 Frumenti dominus clamat , piperisque coemti ;  
 Nil color hic coeli , nil fascia nigra minatur ;  
 Æstivum tonat. infelix , ac forsitán ipsa 295  
 Nocte cadet fractis trabibus , fluctuque premetur

Obrutus, & zonam læva morfuque tenebit.  
 Sed cuius votis modo non suffecerat aurum,  
 Quod Tagus, & rutila volvit Pactolus arena,  
 Frigida sufficient velantes inguina panni, 300  
 Exiguusque cibus, merfa rate naufragus assem  
 Dum rogat, & picta se tempestate tuetur.  
 Tantis parta malis, cura majore metuque  
 Servantur. misera est magni custodia census:  
 Dispositis prædives hamis vigilare cohortem 305  
 Servorum noctu Licinus jubet, attonitus pro  
 Electro, signisque suis, Phrygiaque columna,  
 Atque ebore, & lata testudine. dolia nudi  
 Non ardent Cynici: si fregeris, altera fiet  
 Cras domus, aut eadem plumbo commissa manebit. 310  
 Sensit Alexander, testa cum vidit in illa  
 Magnum habitatorem, quanto felicior hic, qui  
 Nil cuperet, quam qui totum sibi posceret orbem,  
 Passurus gestis æquanda pericula rebus.  
 Nullum numen habes, si sit prudentia: nos te, 315  
 Nos facimus. *Fortuna, Deam.* mensura tamen quæ  
 Sufficiat census, si quis me consulat, edam:  
 In quantum sitis, atque fames, & frigora poscunt,  
 Quantum, Epicure, tibi parvis suffecit in hortis,  
 Quantum Socratici ceperunt ante penates. 320  
 Nunquam aliud Natura, aliud Sapia dicit.  
 Acribus exemplis videor te claudere. misce  
 Ergo aliquid nostris de moribus: effice summam  
 Bis septem ordinibus, quam lex dignatur Othonis.  
 Hæc quoque si rugam trahit, extenditque labellum; 325  
 Sume duos Equites, fac tertia quadringenta.

Si nondum implevi gremium, si panditur ultra:  
 Nec Cræsi fortuna unquam, nec Persica regna  
 Sufficiunt animo, nec divitiæ Narcissi,  
 Indulsi Cæsar cui Claudius omnia, cujus  
 Paruit imperiis, uxorem occidere jussus.

230

## S A T I R A X V.

**Q**uis nescit, Volusi Bithynice, qualia demens  
 Ægyptus portenta colat? crocodilon adorat  
 Pars hæc: illa pavet saturam serpentibus ibin.  
 Effigies sacri nitet aurea. cercopitheci,  
 Dimidio magicæ resonant ubi Memnone chordæ,  
 Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis.  
 Illic cæruleos, hic piscem fluminis, illic  
 Oppida tota canem venerantur, nemo Djanam.  
 Porrum & cepe nefas violare, & frangere morsu.  
 O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis.  
 Numina! lanatis animalibus abstinet omnis  
 Mensa. nefas illic foetum jugulare capellæ:  
 Carnibus humanis vesci licet. attonito cum.  
 Tale super coenam facinus narraret Ulixes  
 Alcinoos, bilem aut risum fortasse quibusdam.  
 Moverat, ut mendax aretalogus. in mare nemo.  
 Hunc abicit, sævâ dignum veraque Charybdi,  
 Fingentem immanes Læstrygonas atque Cyclopos?  
 Nam citius Scyllam, vel concurrentia saxa  
 Cyanes, plenos & tempestatibus utres  
 Crediderim, aut tenui percussum verberet Circes,

5

10

15

20

Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis.  
 Tam vacui capitis populum Phæaca putavit?  
 Sic aliquis merito nondum ebrius, & minimum qui  
 De Corcyræa temetum duxerat urna: 25  
 Solus enim hoc Ithacus nullo sub teste canebat.  
 Nos miranda quidem, sed nuper Consule Junio  
 Gesta, super calidæ referemus mœnia Copti:  
 Nos vulgi scelus, & cunctis graviora cothurnis.  
 Nam scelus, a Pyrrha quanquam omnia syrmata volvas, 30  
 Nullus apud tragicos populus facit. accipe, nostro  
 Dira quod exemplum feritas produxerit ævo.

Inter finitimos vetus atque antiqua simulas,  
 Immortale odium, & nunquam sanabile vulnus  
 Ardet adhuc Ombos & Tentyra. summus utrinque. 35  
 Inde furor vulgo, quod numina vicinorum  
 Odit uterque locus, cum solos credat habendos  
 Esse Deos, quos ipse colit. sed tempore festo  
 Alterius populi rapienda occasio cunctis  
 Visa inimicorum primoribus ac ducibus, ne 40  
 Lætum hilaremque diem, ne magnæ gaudia coenæ  
 Sentirent, positis ad templa & compita mensis,  
 Pervigilique toro, quem nocte ac luce jacentem  
 Septimus interdum sol invenit. horrida sane  
 Ægyptus: sed luxuria, quantum ipse notavi, 45  
 Barbara famoso non cedit turba Canopo.  
 Adde, quod & facilis victoria de madidis, &  
 Blæsis, atque mero titubantibus. inde virorum  
 Saltatus nigro tibicine, qualiacunque  
 Unguenta, & flores, multæque in fronte coronæ: 50  
 Hinc jejunum odium. sed jurgia prima sonare

Incipiunt animis ardentibus : hæc tuba rixæ.  
 Dein clamore pari concurritur , & vice teli  
 Sævitur nuda manus : paucæ sine vulnere malæ;  
 Vix cuiquam , aut nulli toto certamine nasus 55  
 Integer. aspiceres jam cuncta per agmina vultus  
 Dimidios , alias facies , & hiantia ruptis  
 Ossa genis , plenos oculorum sanguine pugnos.  
 Ludere se credunt ipsi tamen , & pueriles  
 Exercere acies , quod nulla cadavera calcent : 60  
 Et fans quo tot rixantis millia turbæ ,  
 Si vivunt omnes? ergo acrior impetus , & jam  
 Saxa inclinatis per humum quæsitâ lacertis  
 Incipiunt torquere , domestica seditioni  
 Tela; nec hunc lapidem , quales & Turnus , & Ajax , 65  
 Vel quo Tydides percussit pondere coxam  
 Æneæ; sed quem valeant emittere dextræ  
 Illis diffimiles , & nostro tempore nātæ.  
 Nam genus hoc vivo jam decrefcebat Homero.  
 Terra malos homines nunc educat atque pufillos. 70  
 Ergo Deus , quicumque aspexit , ridet , & odit.  
 A diverticulo repetatur fabula. postquam  
 Subsidiis aucti , pars altera promere ferrum  
 Audet , & infestis pugnam instaurare sagittis:  
 Terga fugæ celeri præstantibus omnibus , instant; 75  
 Qui vicina colunt umbrosæ Tentyra palmæ.  
 Labitur hinc quidam , nimia formidine cursum  
 Præcipitans , capiturque : ast illum in plurima sectum  
 Frustra & particulas , ut multis mortuus unus  
 Sufficeret , totum corrosis ossibus edit 80  
 Victrix turba : nec ardenti decoxit aheno ,

Aut verubus : longum usque adeo , tardumque putavit  
 Expectare focos , contenta cadavere crudo.  
 Hic gaudere libet , quod non violaverit ignem ,  
 Quem summa coeli raptim de parte Prometheus 85  
 Donavit terris. elemento gratulor , & te  
 Exsultare reor. sed qui mordere cadaver  
 Sustinuit , nil unquam hac carne libentius edit.  
 Nam scelere in tanto ne quæras , & dubites , an  
 Prima voluptatem gula senserit. ultimus autem , 90  
 Qui stetit absumto jam toto corpore , ductis  
 Per terram digitis , aliquid de sanguine gustat.  
 Vascones , hæc fama est , alimentis talibus olim  
 Produxere animas : sed res diversa , sed illic  
 Fortunæ invidia est , bellorumque ultima , casus 95  
 Extremi , longæ dira obsidionis egestas.  
 Hujus enim , quod nunc agitur , miserabile debet  
 Exemplum esse cibi. sicut modo dicta mihi gens  
 Post omnes herbas , post cuncta animalia , quidquid  
 Cogebat vacui ventris furor , hostibus ipsis 100  
 Pallorem , ac maciem , & tenues miserantibus artus ,  
 Membra aliena fame lacerabant , esse parati  
 Et sua. quisnam hominum veniam dare , quisve Deorum  
 Viribus abnuerit dira atque immania passis ;  
 Et quibus illorum poterant ignoscere manes , 105  
 Quorum corporibus vescebantur ? melius nos  
 Zenonis præcepta monent : nec enim omnia , quædam  
 Pro vita facienda putat. sed Cantaber unde  
 Stoicus , antiqui præsertim ætate Metelli ?  
 Nunc totus Grajas , nostrasque habet orbis Athenas. 110  
 Gallia caufidicos docuit facunda Britannos :

De conducendo loquitur jam rhetore Thule.  
 Nobilis ille tamen populus, quem diximus; & par  
 Virtute atque fide, sed major clade Saguntus  
 Tale quid excusat. Mæotide sævior ara 115  
 Ægyptus: quippe illa nefandi Taurica sacri  
 Inventrix homines ( ut jam, quæ carmina tradunt,  
 Digna fide credas ) tantum immolat, ulterius nil,  
 Aut gravius cultro timet hostia. quis modo casus  
 Impulit hos? quæ tanta fames, infestaque vallo 120  
 Arma coegerunt, tam detestabile monstrum  
 Audere? ane aliam, terra Memphitide sicca,  
 Invidiam facerent nolenti surgere Nilo?  
 Qua nec terribiles Cimbri, nec Britones unquam,  
 Sauromatæque truces, aut immanes Agathyrsi, 125  
 Hac sævit rabie imbelle & inutile vulgus,  
 Parvula fœtilibus solitum dare vela phæselis,  
 Et brevibus piætæ remis incumbere testæ.  
 Nec poenam sceleri invenies, nec digna parabis  
 Supplicia his populis, in quorum mente pares sunt 130  
 Et similes ira atque fames. mollissima corda  
 Humano generi dare se natura fatetur,  
 Quæ lacrimas dedit: hæc nostri pars optima sensus.  
 Plorare ergo jubet causam dicentis amici,  
 Squaloremque rei, pupillum ad jura vocantem, 135  
 Circumscriptorem, cujus manantia fletu  
 Ora puellares faciunt incerta capilli.  
 Naturæ imperio gemimus, cum funus adultæ  
 Virginis occurrit, vel terra clauditur infans,  
 Et minor igne rogi. quis enim bonus, & face dignus 140  
 Arcana, qualem Cereris vult esse sacerdos,



Ulla aliena sibi credat mala? separat hoc nos  
 A grege mutorum, atque ideo venerabile soli  
 Sortiti ingenium, divinorumque capaces,  
 Atque exercendis capiendisq; artibus apti, . 145  
 Sensum a cœlesti demissum traximus arce,  
 Cujus egent prona, & terram spectantia. mundi  
 Principio indulfit communis conditor illis  
 Tantum animas, nobis animum quoque, mutuus ut nos  
 Affectus petere auxilium, & præstare juberet, 150  
 Dispersos trahere in populum, migrare vetusto  
 De nemore, & proavis habitatas linquere silvas:  
 Edificare domos, Laribus conjungere nostris  
 Tectum aliud, tutos vicino limine somnos  
 Ut collata daret fiducia: protegere armis 155  
 Lapsum, aut ingenti-mutantem vulnere civem,  
 Communi dare signa tuba, defendier isdem  
 Turribus, atque una portarum clave teneri.  
 Sed jam serpentum major concordia: parcit  
 Cognatis maculis similis fera. quando leoni 160  
 Fortior eripuit vitam leo? quo nemore unquam  
 Exspiravit aper majoris dentibus apri?  
 Indica tigris agit rabida cum tigride pacem  
 Perpetuam: sævis inter se convenit ursis.  
 Ast homini ferrum letale incude nefanda 165  
 Produxisse parum est; cum rastra & sarcula tantum  
 Assueti coquere, & marris ac vomere lassæ  
 Nescierint primi gladios extendere fabri.  
 Aspiciamus populos, quorum non sufficit iræ  
 Occidisse aliquem: sed pectora, brachia, vultum 170  
 Crediderint genus esse cibi. Quid diceret ergo,  
*Perfius & Juvenalis.* L

Vel quo non fugeret, si nunc hæc monstra videret  
 Pythagoras: cunctis animalibus abstinuit qui  
 Tanquam homine, & ventri indulfit non omne legumen

## S A T I R A XVI.

**Q**UIS numerare queat felicitis præmia, Galle,  
 Militiæ? nam si subeuntur prospera castra,  
 Me pavidum excipiat tironem porta secundo  
 Sidere. plus etenim fati valet hora benigni,  
 Quam si nos Veneris commendet epistola Marti,  
 Et Samia genitrix, quæ delectatur arena.

Commoda tractemus primum communia; quorum  
 Haud minimum illud erit, ne te pulsare togatus  
 Audeat: immo etsi pulsetur, dissimulet, nec  
 Audeat excussos Prætori ostendere dentes,  
 Et nigram in facie tumidis livoribus offam,  
 Atque oculum medico nil promittente relictum.  
 Bardaicus iudex datur hæc punire volenti  
 Calceus, & grandes magna ad subsellia suræ,  
 Legibus antiquis castrorum, & more Camilli  
 Servato, miles ne vallum litiget extra,  
 Et procul a signis. justissima Cæturionum  
 Cognitio est igitur de milite; nec mihi deerit  
 Ultio, si justæ defertur causa querelæ.  
 Tota cohors tamen est inimica, omnesque manipuli  
 Consensu magno efficiunt, curabilis ut fit  
 Vindicta & gravior, quam injuria. dignum erit ergo  
 Declamatoris mulino corde Vagelli,

Cum duo crura habeas, offendere tot caligas, tot  
 Millia clavorum. quis tam procul absit ad urbe?  
 Præterea quis tam Pylades, molem aggeris ultra  
 Ut veniat? lacrimæ siccentur protinus, & se  
 Excusaturos non sollicitemus amicos.

25

Da testem, judex cum dixerit: audeat ille,  
 Nescio quis, pugnos qui vidit, dicere, Vidi?  
 Et credam dignum barba, dignumque capillis  
 Majorum. citius falsum producere testem  
 Contra paganum possis, quam vera loquentem  
 Contra fortunam armati, contraque pudorem.

30

Præmia nunc alia, atque alia emolumenta notemus

35

Sacramentorum. Convallem ruris aviti  
 Improbus, aut campum mihi si vicinus ademit,  
 Et sacrum effodit medio de limite saxum,  
 Quod mea cum patulo coluit puls annua libo;  
 Debitor aut sumtos pergit non reddere nummos;

40

Vana supervacui dicens chirographa ligni:  
 Expectandus erit, qui lites inchoat, annus  
 Totius populi: sed tunc quoque mille ferenda  
 Tædia, mille moræ; toties subsellia tantum

Sternuntur; tum facundo ponente lacernas  
 Cædirio, & Fulco jam misturiente, parati  
 Digredimur, lentaque fori pugnamus arena.

45

Ast illis, quos arma regunt, & balteus ambit,  
 Quod placitum est, ipsis præstatur tempus agendi,  
 Nec res atteritur longo sufflamine litis.


50

Solis præterea testandi militibus jus  
 Vivo patre datur: nam, quæ sunt parta labore  
 Militiæ, placuit non esse in corpore census;

Omne tenet cuius regimen pater. ergo Coranum  
Signorum comitem, castrorumque æra merentem, 55  
Quamvis jam tremulus, captat pater. hunc labor æquus  
Provehit, & pulchro reddit sua dona labori.  
Ipsius certe ducis hoc referre videtur,  
Ut, qui fortis erit, fit felicissimus idem,  
Ut læti phaleris omnes, & torquibus omnes. 60

---

S U L P I C I Æ  
S A T I R A.



S U L P I C I Æ  
S A T I R A

*De corrupto statu Reipubl. temporibus Domitiani,  
praesertim cum edicto Philosophos urbe exegisset.*

---

**M**USA, quibus numeris heroas & arma frequentas,  
Fabellam permitte mihi detexere paucis.  
Nam tibi secessi, tecum penetrale retractans  
Consilium. quare nec carmine curso Phalæco,  
Nec trimetro iambo, nec qui pede fractus eodem  
Fortiter irasci didicit, duce Clazomenio.  
Cetera quin etiam, quot denique millia lusi,  
Primaque Romanas docui contendere Grajis,  
Et salibus variare novis, constanter omitto:  
Teque, quibus princeps & facundissima calles,  
Aggredior: precibus descende clientis, & audi.

Dic mihi, Calliope, quidnam pater ille Deorum  
Cogitat? an terras, & patria secula mutat?  
Quasque dedit quondam, morientibus eripit artes?  
Nosque jubet tacitos, & jam rationis egenos,

Non aliter, primo quam cum suræximus ævo,  
 Glandibus & puræ rursus procumbere lymphæ?  
 An reliquas terras conservat amicus, & urbes;  
 Sed genus Aufonium, Remulique exturbat alumnos?  
 Quid reputemus enim? duo sunt, quibus extulit ingens 20  
 Roma caput, virtus belli, & sapientia pacis.  
 Sed virtus agitata domi, & socialibus armis,  
 In freta Sicanæ, & Carthaginis exiit arces,  
 Ceteraque imperia, & totum simul abstulit orbem;  
 Deinde, velut stadio victor qui solus Achæo 25  
 Languet, & immota secum virtute fatiscit:  
 Sic itidem Romana manus, contendere postquam  
 Desistit, & pacem longis frenavit habenis,  
 Ipsa domi leges, & Graja inventa retractans,  
 Omnia bellorum terra quæsitâ marique 30  
 Præmia consilio, & molli ratione regebat.  
 Stabat in his; neque enim poterat constare sine ipsis:  
 Aut frustra uxori mendaxque Diespiter olim,  
 Imperium sine fine dedi, dixisse probatur.

Nunc igitur qui res Romanas imperat inter; 35  
 Non trabe, sed tergo prolapsus, & ingluvie albus;  
 Et studia, & sapiens hominum nomenque genusque  
 Omnia abire foras atque urbe excedere iussit.  
 Quid facimus? Grajos, hominumque reliquimus urbes;  
 Ut Romana foret magis his instructa magistris; 40  
 Nunc, Capitolino veluti turbante Camillo  
 Ensisibus & trutina Galli fugere relicta;  
 Sic nostri palare testes dicuntur, & ipsi




Ut ferale suos onus extirpare libellos.  
 Ergo Numantinus, Libycusque erravit in isto 45  
 Scipio, qui Rhodio crevit formante magistro,  
 Cetera & illa manus bello facunda secundo,  
 Quos inter prisca sententia dia Catonis  
 Scire adeo magni fecisset, utrumne secundis;  
 An magis adversis staret Romana propago? 50  
 Scilicet adversis. nam cum defendier armis  
 Suadet amor patriæ, & captiva penatibus uxor;  
 Convenit, ut vespis, quarum domus arce Monetæ;  
 Turba rigens strictis per lutea corpora telis.  
 Ast ubi apes secura redit, oblita favorum 55  
 Plebs materque una somno moriuntur obeso:  
 Romulidarum igitur longa & gravis; exitium, pax.  
 Hoc fabella modo pausam facit. optima posthac  
 Musa velim moneas, sine qua mihi nulla voluptas  
 Vivere, uti quondam Lydus dum Smyrna peribat, 60  
 Nunc itidem migrare velint. vel denique quidvis,  
 Ut Dea, quære aliud. tantum Romana Caleno  
 Mœnia, jucundos pariterque averte Sabinos.  
 Hæc ego. tum paucis Dea me dignarier infir:  
 Pone metus æquos, cultrix mea. summa tyranno 65  
 Hæc instant odia, & nostro periturus honore est.  
 Nam laureta Numæ, fontesque habitamus eosdem,  
 Et comite Egeria ridemus inania cœpta.  
 Vive, vale, manet hunc pulchrum sua fama dolorem.  
 Musarum spondet chorus, & Romanus Apollo. 70

## SULPICIÆ FRAGMENTUM.

**N**E me cadurcis destitutam fasciis  
Nudam Caleno concubantem proferat.

---

C. LUCILII  
SUESSANI AURUNCANI  
SATIROGRAPHORUM PRINCIPIS  
EQ. ROMANI  
SATIRARUM  
RELIQUIÆ



## C. LUCILII

## RELIQUIÆ

QUÆ SUPERSUNT EX INCERTO

## SATIRARUM LIBRO.

**V**IRTUS, Albine, est, pretium persolvere verum;  
 Quis in versamur, quis vivimu' rebus, potesse:  
 Virtus est homini, scire id, quod quæque habeat res.  
 Virtus, scire homini rectum, utile, quid sit honestum;  
 Quæ bona, quæ mala item, quid inutile, turpe, inhonestum:  
 Virtus, quærendæ rei finem scire modumque:  
 Virtus, divitiis pretium persolvere posse:  
 Virtus, id dare, quod re ipsa debetur honori;  
 Hostem esse atque inimicum hominum morumque malorum;  
 Contra defensorem hominum morumque bonorum,  
 Magnificare hos, his bene velle, his vivere amicum:  
 Comoda præterea patriæ sibi prima putare,  
 Deinde parentum, tertia jam postremaque nostra.

2. Nunc vero a mane ad noctem, festo atque profesto,  
 Totus item pariterque dies, populisque patresque  
 Jactare indu foro se omnes, decedere nusquam,

Uni se atque eidem studio omnes dedere & arti:  
 Verba dare ut caute possint, pugnare dolose;  
 Blanditia certare, bonum simulare vitum se;  
 Infidias facere, ut si hostes sint omnibus omnes.

3. Græcum te, Albuti, quam Romanum atque Sabinum  
 Municipem Pontî, Titî, Annî Centurionum,  
 Præclarorum hominûm, ac primorum, signiferumque  
 Maluisti dici. Græce ergo Prætor Athenis,  
 Id quod maluisti, te, cum ad me accedi', saluto:  
 Χαῖρε, inquam, Tite: listores, turma omni', cohortisque  
 Χαῖρε. hinc hostis Mutî Albutius, hinc inimicus.

4. Quam lepide lexis composuisti? ut tessellæ omnes  
 Arte, pavimento, atque emblemate vermiculato?

5. Crassum habeo generum, ne rhetoricotero' tu sis.

6. ——— Corneliu' Poblîu' noster  
 Scipiadæ dicto, tempusque intorquet in ipsum  
 Oti & deliciis, Luci efficitæ, atque cinædo.  
 Et sectatori adeo ipsi suo, quo rectiu' dicas.  
 Ibat forte domum, sequimur multi atque frequentes.

7. Quo facetior videare, & scite plus, quam ceteri,  
 Pertusum hominem, non pertesum dicere ferunt, nam genus.

8. Quid? Decius, Nuculam, an confixum vis facere? inquit.

9. Nam si tu fluctus undasque e gurgite falso  
 Tollere decreris; ventum prius Hæmatium tu  
 Ventum, inquam, tollas t. c. q. i. l.

10. Armamenta tamen, malum, vela omnia seruo;  
 Funis enim præcisa' cito, atque anquina soluta est.

11. Hanc catapiratem puer eodem deferat, uncum,  
Plumbi paxillum rodus, linique metaxam.

12. Queis hunc currere equum nos atque equitare videmus;  
His equitat, curritque: oculis equitare videmus:  
Ergo oculis equitat ———

13. Pistricem validam si nummi suppeditabunt,  
Addas empleuron, mamphulas quæ sciat omnes.

14. Et velut in fabricam fervens cum marculu' ferrum  
Multorum magnis iudantium iſtibu' tundit.

15. Quidni? & scruta quidem ut vendat scrutariu' laudat,  
Præfractam strigilem, soleam improbu' dimidiatam.

16. Aurum atque ambitio specimen virtutis utrique est:  
Quantum habeas, tanti ipse fies, tantique habearis.

17. Ante fores autem, & triclini limina quidam  
Perditu' Tiresia tuſſi grandævu' gemitat.

18. Querquera conſequitur febris, capitique dolores,  
Inſeſti mihi, tanquam Rondes Icadionque.

19. Tum laterali' dolor certiffimu' nuntiu' mortis.

20. Nos eſſe arquatos? ſurgamus, eamus, agamus.

21. Inguen ne exiſtat; papulæ, tama, ne boa noxio.

22. Hæc odioſa mihi vitiligo eſt, non dolet, inquit.

23. ——— nondum etiam hæc omnia habebit.  
Formoſus, dives, liber, rex ſolu' vocetur.

24. Si me nescire hoc nescis, quod quærere dico,  
Quare divinas quidquam, aut quare debes ipſe  
Eſſi ſcis q. b. e. ſcire hoc d. te.

25. \* \* ut me scire volo mihi conscius sum , ne  
Damaum faciam. scire hoc se nescit , nisi alios id scire scierit.

26. ——— sponte ipsa suapte  
Adducta ut tunicam & cetera rejiceret.

27. ——— per mihi lectum  
Imposuique pedem pellibus habes ———

28. ——— quibu' mendæ  
Omnibus in rebus fiunt , fierique potis sunt.

29. ——— velut olli  
Auceps ille facit cum improvise , insidiisque.

30. Luna alit ostrea , & implet echinos , muribu' fibras  
Et pecui addit ———

31. Uno oculo , pedibusque duobus , dimidiatus  
Ut porcus ———

32. Vis est vita , vides ; quæ nos facere omnia cogit.

33. Nequam & magnus homo , laniorum immani' canes ut.

34. Nunc ad te redeo , ut quæ res me impendet agatur.

35. Hæc te imbubinat , & contra te imbulbitat ille.

36. Quem præclarus helops , quem Ægypto fargu' movebit

37. Et pedibus læva sicyonia demit honesta.

38. Suasa quoque omnino dirimit non solla dupondi.

39. Nequam atrum est , auris quod vi vehementius ambit.

40. Sicuti mechanici , cum alto exfluere petauro.

41. Ut petimen naso , aut lumbos cervicibu' tangat.

42. Tum spara , tum rumices portantur , tragula porro.



43. Varronum , ac rupicum squarrofa , incondita rostra.  
 44. Ut veles bonu' , sub vitem qui fumicit hastas.  
 45. Si vero das , quod rogat , & si suggeri' suppus:  
 46. Tapullam rident legem conceræ Opimi.  
 47. Nemo hic vindicias , numen , neque sacra veretur.  
 48. Pascali pecore ac montano , hirtio atque soloce.  
 49. Uti esurienti leoni ex ore exsculpere prædam.  
 50. Intereunt , labuntur , euntur omnia versum.  
 51. Velle tolutim hic semper incoepturu' videtur.  
 52. Hærebat mucro , gladium in pectore totum.  
 53. Saxa & stridor ubi atque erunt , dum sibilus infitis:  
 54. Durum , molle voras ; fragmenta interfici' panis.  
 55. Concilio antiquo sapiens vir solu' fuisti.  
 56. Qui campos , collesque gradu perlabitur uno.  
 57. Non tango , quod avarus homo est , quodque improbu'  
     mitto.  
 58. Vellem cum primis , fieri si forte potisset.  
 59. Vicinus , o focii , & magnam pugnavimu' pugnam.  
 60. Rhodos Carpathium in pelagus se inclinat apertum.  
 61. Carpathium mare transvectus coenabis Rhodi.  
 62. Judicis Hortensi est ad eam rem nata palæstra.  
 63. Ut Prætori' cohors , ut nostris dixit haruspex.  
 64. Principio exitu' dignus , exodiumque sequetur.  
 65. Magna penus parvo spatio consumta peribit.  
*Perseus & Juvenalis.*                      \*                      M

66. Si tibi porro isthæc res idcirco est cordi, quod re-re  
utilem.
67. Sanctum ego a Metello Romam repedabam munere.
68. Caput collo sustentatur, truncus sustinetur a coxer-  
dicibus.
69. Quænam vox ex te resonans meo gradu remoram facit?
70. Neque prodire in altum, proeliari procul sub vite.
71. Quod mihi commodum est, aut uda vestimenta de-  
posueram.
72. Mihi necesse est loqui: nam scio Amyclas tacendo  
periisse.
73. Homini amico ac familiari non est mentiri meum.
74. Quin amplexetur, qui velit, ego non finam me am-  
plectier.
75. Pro obtuso ore pugil, piscinensis res est. ———
76. Tirei leontado & Pomani & thermo Parnime.
77. Qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem.
78. Pulchre invitati sumus, acceptique benigne.
79. ——— & ventrem & gutturem eundem.
80. Asparagi molles, sed viride cyma.
81. Nam tam algu atque nigrore majus.
82. Verna acer cupit hæc. ———
83. ——— hippocampi elephanto camelos.
84. Si argenti indiges.
85. Atque omnes mandonum gulæ.
86. Andronius Flacci teget utria. ———

87. Impermixtum lymphorem.

88. ——— palmisq̄ue misellam

Depuvit me. ———

89. ——— non omnibu' dormio. ———

90. ——— Agipes vocem mittere coepit.

91. Jactans me ut febris querquera.

92. ——— Mantisa obsonia vincit.

93. Equum pedibus flembum.

94. Vinum Crucium.

95. Qui schedium facit inconditum & inelaboratum.

96. Terra abiit in nimbos, himbresque. ———

97. ——— Cæcilius Prætor ne rusticu' fiat.

98. Ergo Prætorum est ante præire.

99. ——— quantum hinnitum atque equitatum.

100. ——— quadranti' ratiti.

101. Perfum non curo legere: Lælium Decimum volo.

102. Priusquam Theognis nasceretur.

103. Lactentia coacla cum melle bibi.

104. Huic Terentiæ Orbiliæ.

105. Mænius columnam cum peteret.

106. ——— Valeri sententia dia.

107. ——— murexque marinus.

108. ——— echinus

Cinnabari infectus. ———

109. ——— gustavi crustula solus.

110. ——— Brutace bilingui.

111. ——— efflantque elatis naribu' lucem.  
 112. Gnatis parce tuis. ———  
 113. ——— horret & alget.  
 114. ——— & vellit mappas, mantella, merumque.  
 115. At quidem te senium atque insulse Sophista.  
 116. Tuam ut memoriam retineas.  
 117. ——— Myconi calva omni' juvenus.  
 118. ——— Carcer vix carcere dignus.  
 119. ——— lecti omnes: Atticon hoc est.  
 120. ——— animo ac virtutibus. ———  
 121. Centum genera solocismorum.  
 122. A me auxiliatus si est.  
 123. ——— anferis herbili' virus.  
 124. ——— stat sentibu' fundus.  
 125. Ex facie florem delegeris. ———  
 126. Pedetentim hunc resalutem.  
 127. ——— fici comeduntur & uvæ.  
 128. ——— exta-acceptoris & unguis.  
 129. ——— gibbere magno.  
 130. Cum illa fora itant.  
 131. Plure foras vendunt. ———  
 132. Assiduas ficos. ———  
 133. ——— Legem  
 Vitemus Licini. ———  
 134. ——— Fanni centuffisque misellos.

135. Anù noceo.

136. ——— prodes amicis.

137. ——— primum facie quod honestas.

Accedit. ———

138. Scinde, puer, calam, ut caleas. ———

139. ——— resultantes ædesque lacusque.

140. Ecquem Pamphilum quæris.

141. ——— Χίστε δυνάστης.

Οἶνος ———

142. Uxori legata penus. ———

143. Apollo Pulcher dici non vult:

144. Scorta Pyrgentia.

145. Vultis? emta est: noltis? non emta est.

146. Et suffocare conatur.

147. ——— pergit capulare cadaver.

148. Serenu' fuit.

149. Subulo, pullipremo.

150. ——— Viscus aprinum.

151. ——— Agrariu' mergus.

152. Oleum Cassinas.

153. Cariffam.

154. Ἄλγη ἔθηκεν.

155. Ninguis.

156. Strigilim.

157. Jugerum.

158. Εὐφωνα.

159. Canaliculam.

160. Corolla.

161. Vappones.

162. Aquilum.

163. Gulliocæ.

164. *Arnobius advers. Gent. lib. II.* Quia Fornicem Lucilianum, & Marfyam Pomponii obsignatum memoria tenetis.

165. *Idem. lib. V.* Ocrisiam prudentissimam feminam Divos inservisse genitali: explicuisse motus certos. Tunc sancta & ferventia numina vim vomuisse Lucilii, ac regem Servium natum esse Romanum.

166. *Hieronymus ad Chromatium:* Secundum illud, de quo semel in vita Crassum ait risisse Lucilius: *Similem habent labra lactucam, asino carduos comedente.* *Idem ad Demetriadem:* *Et M. Crassum semel in vita scribit risisse Lucilius.* *Idem adversus Rufinum:* Ego certe ut homini severissimo risum moveam, ut imiteris aliquando Crassum, quem semel in vita risisse scribit Lucilius. *Cic. de Finib. lib. V.* Dicimus aliquem hilare vivere. Igitur si semel tristior effectus est, hilara vita amissa est? At hoc in eo M. Crasso, quem semel ait in vita risisse Lucilius, non contigit, ut ea re minus ἀγέλαστος, ut ait idem, vocaretur. *Idem Fusculan. Quæst. lib. III.* Nec vero ea frons erat, quæ M. Crassi illius veteris, quem semel ait in omni vita risisse Lucilius, sed tranquilla & ferena. *Macrob. Saturnal. lib. II, c. 1.* Neque ego sum nescius, vos nec tristitiam nec nubilum vultum in bonis ducere, nec Crassum illum, quem Cicero, auctore Lucilio, semel in vita risisse scribit, magnopere mirari. *Asconius Padianus in Orat. Cic. II. contra Verrem ad illa:* Semel ait se in vita pericussisse contumaciam Verris precipitem.) Nam semel vicinum est ad

pæne nunquam. ex eodem sensu est, quod *semel in vita risisse Crassum* scribit Lucilius. unde Virgilius mihi videtur dixisse: Tum primum nostri Cacum videre timentem.

*Ammian. lib. XXVI.* Excessit autem vita Procopius anno 40. mensibus 10. corpore non indecoro, nec mediocri staturæ, subcurvus, humumque intuendo semper incedens, perque morum tristium latebras illius similis Crassi, quem *in vita semel risisse* Lucilius affirmat. & Tullius.

167. *Plin. Nat. Hist. lib. VIII. cap. 48.* De generibus *Lanarum & vestium loquens: Crebræ Papaveratæ* antiquiorem habent originem, jam sub Lucilio poeta *in Torquato notata.*

168. *Servius in VIII. Æneid. Virg. ad illum locum: — viridique in litore conspicitur sus.)* Horat. — & amica lutosus. Sciendum tamen hoc, esse vitiosum in monosyllabum finiri versum, nisi forte ipso monosyllabo minora explicentur animalia, ut, Parturient montes, nascetur ridiculus mus. *gratiosiores enim sunt isti versus secundum Lucilium.*

169. *Cic. in Bruto de L. Crasso loquens: Multæ deinde causæ, sed ita tacitus Tribunatus, ut nisi in eo magistratu cœnavisset apud Præconem Granium, idque nobis bis narravisset: Lucilius, Tribunum Plebis nesciremus fuisse.*

170. *Quintilianus lib. 1, c. 5. Inst. Orat. Taceo de Tuscis & Sabinis & Prænестinis, quorum sermone usentem Vectium: Lucilius insectatur.*

171. *Commentator vetus Horatii lib. II. Sat. 1. ad illa: — me pedibus delectat claudere verba Lucili ritu nostrum melioris utroque. Ille velut fidis arconæ sodalibus olim Credebat libris.)* Hoc Lucilius ex Anacreonte traxit & Alcæo Sapphoque Græcis Lyricis, quos ait Aristoxenes libris propriis amicorum loco usos fuisse. Dicitur enim Lucilius *vitam suam scripsisse, & non sibi pepercisse.*

172. *Porphyr. in Hor. lib. II. Sat. 2. ad illud: Primum:*

*nam inquiram, quid sit furere.*) Ostendit quid sit furor, ut Lucilius. . . . .

173. *Donat. in Adolph. Ter. Act. III. Sc. 1. ad illa: E re nata melius fieri haud potuit.*) Sic proprie dicimus de iis, quæ contra voluntatem nostram acciderunt: ut nunc vitium virginis. Ergo e re nata, ex vitio virginis. Sic Lucilius, p... i... i...

174. *Festus: Ranam* vocem significare ait Verrius raucam, & parum liquidam, proxime canum latratum sonus autem: unde etiam caufidicus pugnaciter loquens, *rabula* appellabatur, ut est apud Lucilium. . . . .

175. *Idem: Remillum* dicitur quasi repandum. . . Lucilius, *suda*. . . . *remillum*.

176. *Idem: Suberies* arboris genus, ex qua cortex natatorius detrahitur, Lucilius. . . . *ti hibernacul*.

177. *Glossarium: Mutonium* προβασκάντιον, ὡς Λουκίλλιος.

### V E R S U S A L I Q U O T

citati quidem omisso auctoris nomine aut perperam adscripto, a doctis tamen Lucilii esse existimati.

178. ——— Cujus non audeo dicere nomen?  
Quid refert, dictis ignoscat Mutius, an non?

179. ——— Granus autem  
Non contemnere se, & reges odisse superbos.

180. Quid? puto te in hoc aut risisse, aut ingemuisse;  
Ut frontem ferias. ———

181. Displiceo mihi, nec sine summo scribo dolore.



*EX INCERTO SATIR. LIB. 185*

182. O domus antiqua, heu quam dispari dominare domino.

183. Sustineat currum, ut bonu' sæpe agitator, equosque.

184. Atque aliquos ibus ab rebus clepsere foroque.

185. Tantidem quasi foeta canes sine dentibu' latrat.

186. Non frustillatim, nec minutatim dari.

187. Priverno Oufentina venit, fluvioque Oufente.

188. Græcia Sulpicio forti data, Gallia Cottæ.

189. Ructantur juvenes, & sputis omnia foedant.

190. ——— Ore salem exspiravit amarum.

191. ——— quanquam fuit ipse.

192. ——— clopo

Subsidio occurrat. ———

193. ——— næ ridicule mihi cillus.

---

C. L U C I L I I  
 QUÆ SUPERSUNT  
 E X  
 S A T I R A R U M  
 L I B R O I.

*SERVIUS in X. Æn. Virg. ad illum locum : Accipite ergo animis , atque hæc mea figite dicta ) Totus hic locus de primo Lucilii translatus est , ubi inducuntur Dii habere consilium , & agere primo de interitu Lupi cujusdam Judicis rei , postea sententias dicere. Sed hoc , quia indignum erat Heroico carmine , mutavit Virgilius , & induxit primo Jovem loquentem de interruptis fœderibus , cujus orationem interruptit Venus : post secuta Junonis verba sunt , quibus redarguit Venerem.*

1. **C**ONSILIUM summis hominum de rebus habebant.
2. Vellem concilio vestrum , quod dicitis , olim  
 Coelicolæ ; vellem , inquam , affuissemus priore  
 Concilio , ———
3. Ut nemo sit nostrum , quin pater optimus Divum ;  
 Ut Neptunus pater , Liber , Saturnus pater , Mars ,  
 Janus , Quirinus pater , nomen dicatur ad unum.
4. ——— Tabulus si Lucius unquam ,

Si Lupus, aut Carbo, aut Nepruni filiu' Divos  
Esse putasset, tam impius, aut perjuru' fuisset?

5. Quo pacto populum atque urbem servare potisset  
Ampliu' Romanam. ———

6. ——— ut multos mensesque diesque,  
Non tamen ætatem tempestate hac scelerosi  
Lætentur. ———

7. Hæc ubi dicta dedit, pausam facit ore loquendi.

8. Nec si Carneadem ipsum ad nos Orcu' remittat.

9. Per satiram Ædilem factum qui legibu' solvat.

10. Cui, si conjuret, populus vix totu' satis fit.

11. Munu' tamen fungi, & muros servare potissent.

12. Si non amplius, ad lustrum hoc protolleret unum.

13. Ad coenam adducam, & primum hisce abdomina thynni  
Advenientibu' priva dabo, cephalæaque atarnæ.

14. Porro quæcunque, & cuicunque, ut diximus ante,  
Obstiterit, primo hoc minuendi refert res ———

15. ——— ut contendere possem  
Thestias Ledæ, atque Ixionas Archilochio.

16. Has res ad te scriptas, Luci, misimus, Æli:

17. Quis leget hæc? min' tu istud ais? nemo hercule, nemo:

18. Serpere uti gangræna mala, atque herpestica posset.

19. Vultus item ut facies, mors, icteru' morbu', venenum.

20. Infamem, honestam, turpemque odisse popinam.

21. Prætextæ, ac tunicæ Lydorum opu' sordidum omne.
22. Pfilæ atque amphitapæ villis ingentibu' molles.
23. Irritata canes quod, homo quam, planiu' dicit.
24. Nodum in scirpo insane facere vulgus.
25. Et mercede meret relligiones.
26. Miracula ciet thelephantes.
27. ——— Arutænas & aquales.
28. Vulturius.

QUÆ SUPERSUNT  
EX SATIRARUM  
LIBRO II.

1. **Q**UEM cum vidissent Hortensiu', Postumiusque,  
Ceteri item in capulo hunc non esse, aliumque cubare.
2. ——— hostilibu' contra  
Pestem perniciemque, catax quam & Manliu' nobis.
3. ——— quæ horis sublata dnabus  
Omnia sunt, sole occaso, ductoque. ———
4. Injuriatum hunc in fauces invasse, animamque  
Elisisse illi. ———
5. Nunc nomen, jamque ex testibus ipse rogando:  
Exsculpo, hæc dicam. ———

6. Quæ nunc Æmilio præcanto atque exigo atque  
Excanto. ———
7. Non dico vineat licet & vagus exfulet, erret  
Exlex. ———
8. Nunc Prætor tuus est, meū si discefferit horno  
Gentili. ———
9. Si natibus natricem impressit crassam & capitatam.
10. Stulte saltatum te inter venisse cinædos.
11. Succussatoris tetri, tardique caballi.
12. Homo impudicus & impune est rapinator.
13. Ricini & aurati, cicæ & oraria mitræ.
14. Quid dicis? cur est factum, quod conjicis istuc?
15. Quî te, Nomentane, malum, jam cetera perdat.
16. Tum farto omnia sunt circumlata. ———
17. ——— in vulgam penetrare pilosam.
18. ——— vix vivo homine ac monogrammo.
19. Duceret has greges.
20. ——— Ut jure peritus.
21. ——— Iustratu', piatus.
22. Noctiluca. . . . medica. . . .

QUÆ SUPERSUNT  
EX SATIRARUM

## LIBRO III.

*PORPHYRION in Horat. lib. I. Sat. 5. Lucilius libro III. descripsit iter suum, quod Roma fecit Capuam, & inde ad fretum usque Siciliense. Hunc imitatus Horatius iter suum ab urbe Roma descripsit Brundisium usque, commemorans ejus itineris incommoda.*

*Idem. Sat. 10. lib. I. ad illa Hor. Nil comis Tragici mutat Lucilius Acci? Non ridet versus Enni gravitate minores.)* Comis Lucilius propter urbanitatem dicitur, & mutat pro eo, quod emendat, positum est. Facit autem Lucilius cum alias, tum vel in tertio libro, & nono, & decimo.

7. **M**ILLIA porro, bis quina octoginta videbis  
Commoda de Capua. Hinc quinquaginta atque bis octo:

1. Ad portam mille, a porta est sex inde Salernum.
3. Inde Dicæarchum populos, Delumque minorem.
4. Campana Capua. ———
5. ——— longe tria millia passuum.

6. Verum hæc ludus ibi, susque omnia deque fuerunt;  
Susque & deque fuere (inquam) omnia, ludu' jocusque:  
Illud opus durum ut Setinum accessimu' finem;

*Αἰγίλοποι* montes Ætnæ omnes, asperi Athones.

7. Præterea omne iter hoc est labosum atque lutosum:

8. Porro homines nequam malus ut quartariu', cippos  
Colligere omnes ———

9. Maq̄tica cantheri costas gravitate premebat.

10. Promontorium remis superamu' Minervæ.

11. Quattuor hinc Silari ad flumen, portumque Alburnum;

12. Hinc media remis Paliaurum pervenio nox.

13. ——— & sæpe quod ante

Optasti, freta Messanæ, & Rhegina videbis

Moenia, tum Liparam, & Fasceliti' templa Dianæ:

14. Hic \* \* summi superat carchesia mali.

15. ——— Viamque:

Vis degrumari, ut castris mensor facit olim.

16. ——— & spatium curando corpori honestum

Sumemus. ———

17. Ostrea nulla fuit, non purpura, nulla peloris:

18. Asparagi nulli. ———

19. ——— ergo

E somno pueros cum mane expergitu' clamo:

20. Cernuus extemplo plantas convestit honestas:

21. Broncus novit lanis, dente adverso, eminulo, hic est

Rhinoceros velut Æthiopus. ———

22. ——— ille alter abundans

Cum septem incolumis pinnis redit ac recipit se.

23. Romanis ludis forus olim ornatu' lacernis.

24. Symmachu' præterea jam tum depostu' bubulcus

Expirans animam pulmonibus æger agebat.

25. Crebræ ut scintillæ; in stricturis quod genus olim  
Ferventi ferro. ———
26. Non peperit, verum postica parte protundit.
27. Conturbare animam potis est, quicumque adoritur.
28. ——— labofas
- Tantalu' qui pœnas ob fracta nefantia luit.
29. Vertitur œnophoris fundus, sententia nobis.
30. Illud ad incita cum redit atque internecionem.
31. Exhalat placidos tum demum pectore ructus.
32. Malas tollimu' nos atque utimur rictu.
33. Caupona hic tamen una Syra.
34. ——— student hi ligna videre.
35. Et pulvino fultus.
36. Ut pote.

QUÆ SUPERSUNT

EX SATIRARUM

LIBRO IV.

*VETERES Glossæ in Persii Satir. III. Hanc Satiram poeta ex Lucilii libro quarto transfudit, castigantis divitum luxuriam & vitia.*

I. **O**LAPATHE, ut jactere necesse est, cognitu' cui sis.  
In quo Læliu' clamores Sophos ille solebat  
Edere, compellans gumias ex ordine nostros:



O Publi, o Gurges Galloni, es homo miser, inquit;  
 Coenasti in vita nunquam bene, cum omnia in ista  
 Consumis squilla atque acipensere cum decumano.  
 Læliu' præclare & recte Sophos, illaque vere.

2. Quod sumtum atque epulas victu præponis honesto:

3. Nam quid Mutino subrectoque huic opu' signo.

Ut lucraretur lardum, & carnaria furtim

Parum conficeret. ———

4. Fingere præterea afferri quod quisque volebat.

Illum sumina ducebant, atque altitium lanx,

Hunc pontes Tiberinu' duo inter captu' catillo.

5. Illi præciso atque epulis capiuntur opimis.

6. Tunnos captato, cordulum exclude: minores

Occidunt, Lupe, saperdæ te, & jura Siluri:

Sumen te, atque amia. ———

7. ——— Vinum

Defusum quibus e pleno fiet œnophoro, cui

Nil demsit hir, & cui sacculus abstulerit nil.

8. ——— editque bibitque

Jucunde atque *ἀδελῶς*: nec solum id, sed bene cocto, &

Condito sermone bono, & (si quæri?) libenter.

9. Vivite lurcones, comedones, vivite ventres.

10. Æterninu' fuit, Flaccorum munere, quidam

Samnis, spurcus homo, vita illa dignu' locoque;

Cum Placidejano hic componitur, optimu' longe

Post homines natos gladiator qui fuit unus.

*Perfusus & Juvenalis.*

\* N

11. Occidam illum equidem, & vincam, si id quæritis;  
inquit:

Verum illud credo fore, in os prius accipiam ipse  
Quam gladium in stomacho, sura ac pulmonibus sisto.  
Odi hominem; iratus pugno; nec longius quidquam  
Nobis, quam dextræ gladium dum accommodat alter.  
Usque adeo studio, atque odio illius efferor ira.

12. ——— quamvis bonus ipse  
Samnis in ludo, ac rudibus cuiusvis satis asper,

13. Quod si nulla potest mulier tam corpore duro  
Esse, tamen tenero maneat succussa lacerto,  
Et manus uberior lactanti in sumine fidat.

14. Tisiphone residet pulmonibus, atque ad id unguen  
Excoctum attulit Eumenidum sanctissima Erinnyis.

15. Assequitur nec opinantem; in caput inflit; ipsum  
Commanducatur totum complexa, comestque.

16. Hæret verticulis affixum in posteriore  
Parte, atque articulis, ut nobis talis genusque.

17. Hi præ se portant ingentes munere pisces  
Triginta numero. ———

18. Tu partem laudis caperes, tu gaudia mecum  
Partiffes ———

19. ——— ne agitarem  
Nam tu pessulus, hunc vectem possis cuneo ipso.

20. Longior hic quam grus, grue tota cum volat olim.

21. Concurfaret agros, catulos, foetumque ferarum.

22. Cumque hic tam formosus homo, ac te dignus puellus.

23. Sufficit huic dum fulmentas quattuor addit.  
 24. Nam omnibus unus dolor receptus labosque.  
 25. Qui edit se', hic comedit me.  
 26. Obturfi ebrius.

QUÆ SUPERSUNT  
 EX SATIRARUM

LIBRO V.

1. **Q**uo me habeam pacto, tamen non quæri' docebo;  
 Quando in eo numero mansi, quo maxima nunc est  
 Pars hominum, ut periisse velis, quem nolueris, cum  
 Visere debueris. hoc Nolueris, & Debueris te  
 Si minn' delectat, quod ἀτεχρον Isocraton est;  
 Ὀχληρῶδες que simul totum ac συμμειρακιδες:  
 Non operam perdo. Si tu hic. . . .

2. Nam si quod satis est homini, id satis esse potisset;  
 Hoc sat erat: nunc cum hoc non est, qui credimu' porro  
 Divitias ullas animum mi explere potisse?

3. Sicuti cum primos ficos propala recenteis  
 Protulit, & pretio ingenti dat primitu' paucos.

4. Si tam corpu' loco validum, ac regione maneret;  
 Scriptores quam vera manet sententia cordi.

5. Dic quam cogitat vis ire minutim  
 Per commissuras rimarum nocti' nigrore.

6. Sancte soli mihi in magno mœrore  
Tristitia in summa, crepera que inventu' salutis.

7. ——— Hic solus vigilavit, opinor,  
Et cum id' mi visus facere est, tum retia nexit.

8. ——— & Divos ture precemur  
Consilium, fas si placet, tunc impune superbis.

9. ——— Cecidisse senem veterum tamen unum  
Tiresiam æqualem constat. ———

10. Nec designati rostrum Prætori', pedesque  
Spectet. ———

11. Liviū' pauperem ait se ingentia munera fungi.

12. Lippus edenda acri assiduo cepariū' cepa.

13. Antybu' præterea pedibus perpersit equinis.

14. Flebile cepe simul, lacrimosæque ordine tallæ.

15. Urceus & gemina longus mixtarius ansa.

16. Maeste, inquam, virtute simulque his verbis esto.

17. Deficit alma Ceres, nec plebes pane potitur.

18. Lascivire pecus jussit rostrique repandum.

19. Postquam præsidium castris educere crevi.

20. Major erat natu; non omnia possumus omnes.

21. Custodem classis catapulta instila sarissas.

22. Possitne elabi, an porro prodenda dies sit.

23. Scutam ligneolam cerebro infixit.

24. ——— Interea stat sentibu' pectus.

25. ——— Et cruribu' crura  
Dilaxat. ———

26. Adipatam pultem.

27. Fiscina fallaci cumulo. ———

QUÆ SUPERSUNT  
EX SATIRARUM  
LIBRO VI.

1. **C**UI neque jumentum est, nec servus, nec comes ullus  
Bulgam, & quidquid habet nummorum, secum habet ipse:  
Cum bulga coenat, dormit, lavit: omnis in una  
Spes hominis bulga: hac devincta est cetera vita.

2. Quem neque Lucanis oriundi montibu' tauri  
Ducere protelo validis cervicibu' possent.

3. Hic, inquam, rudet e rostris atque ejulabit  
Concurfans uti arenarius clareque quiritans.

4. ——— Peccare impune rati sunt  
Possē, & nobilitate facul propellere iniquos.

5. ——— Thiaunomeno, inquit, valva sororem  
Lanificam dici ficcam atque abstemiam ubi audit.

6. Si hic vestimenta elevit luto, ab eo risum magnum  
Ad cachinnum imprudens subjicis.

7. ——— Qui te bonu' Juppiter, inquit,

Crasso Mutium cum coenabat dominum fortem.

8. Verum & mercaturæ omnes & quæsticuli isti Intuti. ———

9. Nequitia occupat os, petulantia, prodigiosaque:

10. Si nosti, non magnus homo est, nasutu', macellus:

11. Id solum adversæ fortunæ, reique resistit.

12. Hortare illorum si possim capi fortiri.

13. Tres a Deucalione grabati restibu' tenti.

14. Pluma atque amphitapæ, & si aliud quid deliciarum:

15. Zonatum circa impluvium cineraris cludebat.

16. Hoc tu apte, credit quanquam latrina petisse.

17. Pretium emit, qui vendit equum musimonem.

18. Suam enim invadere atque innubere censent.

19. ——— non te porro procedere porcent.

20. ——— salvere jubere.

21. Date bibere ab summo.

22. Sardinensem terram.

## QUÆ SUPERSUNT

## EX SATIRARUM

## LIBRO VII.

1. **H**ANG ubi vult male habere, ulcisci pro scelere ejus,  
 Testam sumit homo Samiam, sibi que illico telo  
 Præcidit caulem, testesque una amputat ambo.

2. Dixi, ad principium venio, vetulam atque virosam.  
 Uxorem cædam potius, quam castrem egomet me.

3. Qui te diligit, ætati facieque tuæ se  
 Fautorem ostendat, fore amicum polliceatur.

4. Aptari caput, atque comas fluitare capronas.  
 Altas, frontibus immixtas, ut mos fuit illis.

5. ——— Servorum est festu' dies hic,  
 Quem plane hexametro versu non dicere possis.

6. Rador, subvellor, desquamor, pumicor, ornor.  
 Expilor, pingor. ———

7. Hunc cine ego unquam Hyacintho hominem Cortini  
 potentis  
 Deliciis contendi. ———

8: Quinque hastæ, aureolo cinctu rorariu' velox.

9. Primum fulgit, uti caldum ex fornacibu' ferrum.

10. Simavit taxim ad nares, delphinus ut olim.

11. Hunc molere, illam autem ut frumentum vannere  
cunnis.
12. Ætatem & faciem, ut saga & bona conciliatrix.
13. Phryne nobilis illa ubi amatorem improbius quem.
14. Ne auriculam obsidat caries, ne vermiculique.
15. Queis oculi non sunt, neque nasum, & qualia sunt.
16. Tristes, difficiles sumus, fastidimus bonorum.
17. Solam auram adversam segetem immutasse, statumque.
18. Caldissima, ac bene plena jam solorum, atque anseri  
collus.
19. ——— Rate ad catulos accedere inultum.
20. Muginamur, molimur, subducimur.
21. Eodem pastolo gannis.

QUÆ SUPERSUNT  
EX SATIRARUM  
LIBRO VIII

17. **G**ALLINACEUS cum victor se gallus honeste  
Sustulit in digitos, primoresque erigit unguis.

2. Cum poculo bibo eodem, amplector, labra labellis  
Fingens compono, hoc est; cum *ψωλοκοποιῦμαι*.

3. Verum flumen uti, atque ipso divortio aquarum  
Ilignis pedibus cercurum concinit æquis.



4. ——— Quod gracila est, pernix, quod pectore puro,  
Quod puero similis ———

5. Quarum & abundemus rerum, & quarum indigemus.

6. Tum compone latus lateri, & cum pectore pectus.

7. Si omne iter evadit, studiumque acclive tolitim.

8. Sallere murænas, mercem in frigidaria ferre.

9. Inde parastato chlamides, ac barbula prima.

10. Hiberam insulam fomento omnicolore colustra.

11. Pistrinum appositum, posticum, sella, culina.

12. A læva lacrimas mutoni absterget amica.

13. Intu' vero modo stet rectus subtegmine panus.

14. Hic est Macedo si agron longiu' flaccet.

15. Anicula aspera atque præcox est fuga.

16. ——— gigeriæ sunt

Sive adéo hepatica ———

17. Lentet opus.

18. Vinibuz.

QUÆ SUPERSUNT  
EX SATIRARUM  
LIBRO IX.

*ISIDORUS: Orthographiam, id est, scripturam rectam contra imperitiam librariorum Lucilius poeta primum scripsit. Terent. Scaurus: Lucilius in IX. Satirarum de Orthographia præcipiens. Velius longus: Lucilius in IX. de literis disputat.*

*Porphyrion lib. I. Sat. 10. ad illa Horatii: Nil comis tragici mutat Lucilius Acci? Non ridet versus Enni gravitate minores?) Comis Lucilius propter urbanitatem dicitur, & mutat pro eo, quod emendat, positum est. Facit autem Lucilius hoc cum alias, tum vel in tertio libro, & nono, & decimo.*

I. **A** PRIMUM est, hinc incipiam, & quæ nomina ab hoc sunt.

A, primum longa & brevi syllaba: nos tamen unum Hoc faciemus, & uno eodem, ut diximus, pacto Scribemus, PACEM, PLACIDE, JANUM, ARIDUM, ACETUM, \*Apes \*Apes Græci ut faciunt.

2. At non multum abit hoc cacosyntheton, atque canina Si lingua dico, nihil AR me; nomen hoc illi est.

3. *Quintilian. lib. I, c. 13.* Al syllabam, cujus secundam nunc E literam ponimus, varie per A & I efferebant, quidam semper, ut Græci, quidam singulariter tantum, cum in dativum vel genitivum casum incidisset. Unde, *pictai*

*vestis, & aulai*, Virgilius amantissimus vetustatis carminibus inferuit. In iisdem plurali numero E utebantur, hi Sillæ, Galbæ. *Est in hac quoque parte Lucilii præceptum*, quod, quia pluribus explicatur versibus, si quis parum credat, apud ipsum in IX requirat.

4. ——— atque ACCURRERE scribas  
D ne, an T, non est quod quæras atque labores.

5. ABBIRE multum est D five, an B habet. ———

6. Jam PUEREI venere: E postremum facito, atque I  
Ut plures puerei fiant. I si faci' solum  
PUPILLI, PUERI, LUCEILI: hoc uniu' fiet.  
Hoc ILLI factum est uni: tenue hoc facies I.  
Hæc ILLEI fecere: addes E, ut pingui' fiat.  
MEILE hominum, duo MEILLIA, rem huic utroque opu',

MEILES,

MEILITIAM. tenues I, PILAM qua ludimu'. PILUM  
Quo pinso, tenues I. plura hæc feceri', PENLA  
Quæ jacimus, addes E, PEILA, ut plenu' fiat.  
MENDACEI FUREIQUE addes E, cum dare FUREI  
Jufferis. ———

7. Quare servandi numeri, & versus faciendi  
NOS CÆLI, NUMERI, numerum ut servemu' modumque.

——— porro hoc si filiu' LUCL

——— ferit collum ut CORNELI, CORNIFICIQUE.

8. S nostrum & semi-Græce quod dicimu' Sigma  
Nil erroris habet. ———

9. ——— L liciendo congeminat L.

10. Quid tibi ego ambages AMBIVI scribere coner.

11. Ut perhibetur INERS, ars in quo non est ulla.

12. Nam velut INTRO aliud longe esse atque INTU' videmus:

Sic & APUD TE, longe aliud est, neque idem valet AD TE:  
INTRO NOS VOCAT AD SESE, TENET INTUS APUD SE.

13. Porro CHENOPODAS, sic CLINOPODAS. LYCHNOSQUE  
Diximu' *σεμπῶς* ante PEDES LECTI atque LUCERNAS.

14. FERVIT aqua, & FERVET; FERVIT NUNC,  
FERVET AD ANNUM.

15. Fervere ne longum vero hoc lectoribu' tradam.

16. Nunc hæc quid valeat, quidve huic interfiet illud  
Cognosces: primum hoc, quod dicimus esse poema,  
Cujusvis operis pars est non magna, poema;  
Pars est parva poema, proinde ut epistola quævis:  
Illa poësis opus totum, ut tota Ilias, una  
Est *ἄριστος*, Annalesque Enni, atque istoc opus unum,  
Est majus multo, quam quod dixi ante poema.  
Quapropter dico, nemo, qui culpat Homerum,  
Perpetuo culpat, neque, quod dixi ante, poësin  
Versum unum culpat, verum enthymema malignum.

17. Quod deformi' senex, ac pædidus, ac podagrosus;  
Quod mancus, miser, exilis, ramice magno.

18. Arripio rostrum, labiasque hujus Zephyri atque im-  
Percutio, denteisque adversos excutio omnes.

19. Nam laterem qui ducit, habet nihil amplius unquam,  
Quam commune lutum e paleis, coenumque acerosum,

20. Si nihil ad faciem, & solum lupa, prostibulumque  
Nummi opus atque affis. —

21. ——— Quid ego si cerno ostrea ———  
 Cognorim fluvium, limum ac coenum sapere ipsum?
22. Frumentarius est, modium hic secum atque rutellum  
 Una affert. ———
23. ——— Labora  
 Discere, ne te res ipsa, ac ratio ipsa refellat.
24. Rugosi passique senes eadem omnia quærunt.
25. Tu milli nummum potes uno quærere centum.
26. Scaberat ut porcus contritis arbore costis.
27. Hinc ancilia, ab hoc apices, capidasque repertas.
28. Præsul ut amtruat, inde & volgu' redamtruat olli.
29. ——— Ipsa si se corio omnia lora.
30. Ut discrepat hac quem rapuit Apollo fiat ergo.

## QUÆ SUPERSUNT

## EX SATIRARUM

## LIBRO X.

*VETERES Glossæ in vita A. Persii*: Sed mox, ut a schola & magistris diverterat, lecto libro Lucilii decimo, vehementer Satiras componere studuit, cujus libri principium imitatus est, sibi primo, mox omnibus detrectatis, cum tanta recentium poetarum & oratorum insectatione, ut etiam Neronem culpaverit.

*Porphyrion lib. 1, Sat. 10. ad illa Horatii: Nil comis Tragicæ mutat Lucilius Acci? Non ridet versus Enni gravitate minores?*) Comis Lucilius &c.

1. ——— honorum est  
 Judicium crassis, ut nos describimus ante.  
 Hoc est quid sumam, quid non, in quoque locemus:

2. Pone paludatus stabat rorariu' velox.
3. Quamvis desubito trinis deducere scalis.
4. Tonsillas quoque prævalidis in funibus aptas.
5. Fluctibus a ventisque adversis firmiter essent.
6. Languor & oppressit, pigror, torporque quietis.
7. Næ in arce bovem discerpsi magnifice, inquit.
8. Improbu', confidens, malus & nequam videatur.

## QUÆ SUPERSUNT EX SATIRARUM

### LIBRO XI.

1. **Q**UINTUS Opimius ille Jugurthini pater hujus;  
 Et formosus homo fuit, & famosus, utrumque  
 Primo adolescens, posteriùs directiu' sese.

2. Cassiu' Caju' hic operariu', quem Cephalonem  
 Decimu' sectorem, Furiumque, hunc Tulliu' quidam  
 Judex heredem facit, & damnati alii omnes.

3. Luciu' Cotta senex Crassi pater hujus Panæti  
 Magnus trico fuit nummariu', solvere nulli  
 Lentus. ———

4. Prætor noster adhuc quam spurcu' st ore , quod omnes  
Extra castra , ut sterco' , foras eiecit ad unum.

5. Scipiadae magno improbus objiciebat Afellus ;  
Lustrum , illo Censore , malum infelixque fuisse.

6. ——— & jam  
Conjicere in versus dictum Præconi' volebam  
Grani. ———

7. Conventus pulcher , bracæ , saga , fulgere torques  
Magni. ———

8. ——— Viamque  
Sternendam & jaciendum huc aggerem , & id genu' rudus.

9. Annos hic errat jam plures miles hiberna  
Nobiscum meret ———

10. Inde venit Romam tener ipse etiam atque puellus.

11. Nec mihi amatore hoc opu' , nec tricone vadato.

12. Non laudare hominem quenquam ; neque mu facere  
unquam.

13. Hic strigosu' , bovinatorque , ore improbu' duro.

14. Crissavit , ut si frumentum clunibu' vannat.

15. Hic ubi confessum , pellesque ut in ordine tentæ.

16. Qui in latrina lacuque.

QUÆ SUPERSUNT  
EX SATIRARUM  
LIBRO XII.

1. **H**UIC homini Quæstore aliquo esse opus atque choro,  
rago,

Publicitus qui mi atque Episeo præbeat aurum.

2. Hunc juga mulorum protelo ducere centum  
Non possunt. ———

3. Firmiter hoc, pariterque tuo sit pectore fixum.

4. Insignis varis est cruribus atque pètilis.

5. Quibus fructibus me decollavi.

6. Assensus sum homini.

7. *Diomedes lib. III.* Alii a vino Tragœdiam dictam arbitrantur propterea, quod olim dictabatur τρῦξ, a quo τρῦγντος hodieque vindemia est, quia *Liberalibus apud Atticos die festo Liberi patris vinum cantoribus pro corollario dabatur, cujus rei testis est Lucilius in duodecimo.*



QUÆ SUPERSUNT  
EX SATIRARUM  
LIBRO XIII.

1. **S**I forte omnino, ac fortuna vincere bello:  
Si forte ac temere omnino, quid cursum ad honorem.
2. Cui parilem fortuna locum, fatumque tulit fors.
3. His itidem in cœna dabis ostrea millibu' nummum  
Emta. ———
4. Acribus inter sese armis configere cernit.
5. Primum dominia atque sodalitia omnia tolluntur.
6. Adde Syracusis sola, pasceolum, alutam.
7. ——— Unu' modo, de multis qui ingenio fit.

QUÆ SUPERSUNT  
EX SATIRARUM  
LIBRO XIV.

1. **I**DNE ægri est magis, an quod pane & viscere privo;  
Quod viscus dederas tumidum, hoc in viscera largi.
2. Quin potius vitam degas sedatu' quietam,  
Quam tu antiquiu', quam facere hoc, fecisse videris:  
*Persius & Juvenalis.*                      O

3. Publiu' Pavu' mihi Tuditanus Quæstor Ibero  
In terra fuit lucifugus nebulo, id genu' sane.

4. Naumachiam licet hæc, inquam, alveolumque putare, &  
Calces: delectes te, hilo non rectiu' vivas.

5. Nam paucis male, sed sapientibus esse probatum,  
Ἡ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.

6. Si mihi non Prætor fiet additus, atque agitet me;  
Non male sic ille, ut dico, me extenderat unus.

7. Nam vetus ille Cato dignum quemcunque laceffim  
Appellare, quod ipse sibi non conscius esset.

8. Ad regem legatu' Rhodum, Ecbatanam, ac Babylonem  
Ibo, cercurum fumam. ———

9. ——— Nam sumtibu' magnis  
Et struētam ampliter, atque cum accumbimu' mensam.

10. Idem epulo cibus, atque epulæ Jovis omnipotentis!

11. Et non pauper uti Sāmio, curtoque carino.

12. Coenam, inquit, nullam, neque Divo proficiem ullam!

13. Cum illud quid faciat, quod manducamur in ore.

14. Dilectum video studiose vulgus habere.

15. Ipse equu' non formosu', gradarius, optimu' vector.

16. Quem metuās sæpe, interdūm quē utare libenter.

17. Puncto una hora \* \* & qui quoque invasit.

18. Caseus allia molliet. ———

19. Macrofque palumbos.

QUÆ SUPERSUNT  
EX SATIRARUM  
LIBRO XV.

1. **M**ULTA homines portenta in Homero verificata  
Monstra putant, quorum in primis Polyphemus ducentos  
Cyclops longus pedes, & porro huic majus bacillum,  
Quam malus navi in corbita maximus ulla.

2. Hunc milli passum qui vicerit atque duobus  
Campanus sonipes succussor nullus sequetur  
Majori spatio, ac diversus videbitur ire.

3. Præterquam in pretio primus semisse, secundus  
Nummo, tertius jam plus, quam totus ædificas.

4. In numero quorum nunc primus Trebellius multo  
Obmarcescebat febris, senium, vomitus, pus.

5. Cum tectum est, quidvis satis est. Visuri alieni  
Sunt homines? spiras, pallam, redimicula promit.

6. Penula, si quaeris, canterius, servus, segestre  
Utilior mihi, quam sapiens. ———

7. Adde istos sacer illoto colfo fax syrofenix  
Quid facere est solitus? ———

8. ——— Non ergastulus unus, & alius judicem  
Opposivit. ———

9. Ut nemo sententiam libere, quasi ergastulus, possit dicere.

10. ——— dum miles Hyberns

Terras, ac meret ter sex ætate quasi annos:

11. Te primum cum istis insanum hominem & cerebrosum:

12. Scit poeticon esse, videt tunica & toga quid sit.

13. Trullen' postomis huic ingens de naribu' pendet.

14. Tintinnabulum abest hinc, sirpiculæque holerorum:

15. Subjicit hinc humilem, & sufferctus posteriorem.

16. Rugosum atque fami plenum. ———

17. ——— aut qui nummos tristis imuncat.

18. ——— Nemo est halicariu' posterior te.

## QUÆ SUPERSUNT

## EX SATIRARUM

### LIBRO XVI.

*PORPHYRION* in *Horat. ad illud lib. I. Od. 20. Dum meam canto Lalagen*) id est, carmen in Lalagen amicam, ejus nomine compositum. Sic & liber *Lucilii decimus sextus Collyra* inscribitur, eo quod de Collyra amica sua scriptus sit.

*Censorinus de die Natali cap. 3. Euclides autem Socraticus duplicem omnibus omnino nobis Genium dicit appositum, quam rem apud Lucilium, in libro Satirarum XVI. licet cognoscere.*

1. **I**BAT forte aries, inquit, jam quod genu' quantis  
 Testibu' ? vix uno filo hæc se hædere putares  
 Pellicula extrema ex aptum pendere onus ingens.

2. ——— Lyssipi Juppiter ista  
 Transivit, quadraginta cubita altu', Tarento.

3. Rex Cotys ille duos ventos Austrum atque Aquilonem  
 Novisse ajebat solos se demagis istos  
 Ex nimbo austellos, nec nosse putare necesse.

4. Legavit quidam uxori mundum omne penumque.  
 Quid mundum ? quid non ? nam quis dijudicet istuc ?

5. Fundi delectat virtus te, villicu' paulo  
 Strennuior si evaserit. ———

6. Hi quos divitiæ producunt, & caput unguum  
 Horridulum. ———

7. Cur tam ignaviter hoc præsertim tempore quæris.

8. Publicitus vendis tamen atque extrema ligurris.

9. Hoc aliud longe est, inquit, qui cepe serebat.

10. Media e pistrina.

QUÆ SUPERSUNT  
EX SATIRARUM  
LIBRO XVII.

1. **N**UNC censes καλλιπλάκαμον καλλίσφυρον illam  
Non licitum esse uterum, atque etiam inguina tangere mam-  
Compernem aut varam fuisse Amphitruonis ἀμοιτι (mis?)  
Alcmenam atque alias, Ledam ipsam denique nolo  
Dicere, tute vide, atque dissyllabon elige quodvis  
Τυρὸ ἐυπατέρσιαν aliquam rem insignem habuisse,  
Verrucam, nævum pictum, dentem eminulum unum.

2. Cetera contemnit, & in usura omnia ponit  
Non magna: proprium vero nil neminem habere.

3. Villicum Aristocratem mediastinum atque bubulcum  
Commanducatus corrumpit, ad incita adegit.

4. Nupturum te nupta negas, quod vivere Ulixem  
Speras. ———

5. Si non it, capito, inquit, eum: & si calvitur, ergo  
Endo manum jacito ———

6. Simeffes facis Musas, si vendi? Lavernæ:

7. ——— magna ossa, lacertique  
Apparent homini. ———

QUÆ SUPERSUNT  
EX SATIRARUM  
LIBRO XVIII.

**M**ILLIA ducentùm frumenti tolle medimnùm.  
Vini mille cadùm. ———

2. Denique uti stulto nihil est satis, omnia cum sint.
3. ——— Nam vel regionibus illis  
Incrustatu' calix, ruta caulique bibetur.
4. ——— æque franscor ego ac tu.

QUÆ SUPERSUNT  
EX SATIRARUM  
LIBRO XIX.

**S**IC tu illos fructus quæras, aduersa hieme olim.  
Queis uti possis, hæc delectare domi te.

2. Aurum vis, hominemve? habeas hominem: quid ad  
aurum?
- Quare, ut dicimur, non video hic quid magnopere optem.
3. Ut pueri infantes faciunt mulierculam honestam.
4. Sic singillatim nostrum unusquisque movetur.

5. Sume diem, qui est visu' tibi pulcherrimus unus.
6. Peniculamentum vere reprehendere noli.
7. Latere pendens, saxa spargens tabo & sanguine atro.
8. Raufuro tragicus qui carmina perdit Oreste.
9. Scalprorum forcipumque millia viginti.
10. ——— & uncis

Forcipibus dentes evelleret. ———

QUÆ SUPERSUNT  
EX SATIRARUM

LIBRO XX.

**T**ERRICOLAS Lamias, Fauni quas, Pompiliique  
Instituere Numæ, tremit has, hic omnia ponit.  
Ut pueri infantes credunt signa omnia athena  
Vivere, & esse homines: & sic isti omnia ficta  
Vera putant, credunt signis cor inesse athenis.  
Pergula pictorum, veri nihil, omnia ficta.

1. Tempestate sua, atque eodem uno tempore, & hora  
Dimidio, tribu' confectis dumtaxat eandem  
Et quartam. ———

3. Pulmentaria ut intybus, aut aliqua id genus herba;  
Et jus mænarum bene habet sed miſtilis, hoc est  
Merx. ———



4. Calpurni sævam legem Pisoni' repretidi,  
Eduxique animam in primoribu' naribus. ———

5. Jam dirumpetur medius, jam ut Marfu' colubras  
Dirumpit cantu, venas cum extenderit omneis.

6. Illuvies, scabies oculos huic, denique petigo  
Conscendere. ———

7. Nugator quidam; ac nebulo, fit maximu' multo:

8. Tum ephebum quendam, quem vocant paretaton:

9. Purpureo terfit tunc latas gausape menfas.

10. Proras derundete & despoliate gubernas.

Ex Satirarum libro XXI

nihil superest.

QUÆ SUPERSUNT

EX SATIRARUM

LIBRO XXII.

1. ——— Mercede quæ  
Conductæ flent alieno in funere præficæ  
Multo, & capillos scindunt, & clamant magis.

2. Servu' neque infidus domino, neque inutili' quoiquam  
Luceili Columella heu si tu' Metrophanes.

3. Zopyrion labias discidit utrumque secutus.

4. Nasum rectiu' nunc homini est, furæ nec pedes dici.

QUÆ SUPERSUNT  
EX SATIRARUM  
LIBRO XXIII.

1. **C**UPIDITAS ex homine, cupido ex stulto nunquam tollitur: quod cupiditas pars quædam sit temperator defluens ex cupidine. \*

2. Jucundæque puer qui lamberat ore placentas;
3. Tongere.
4. Calx.

Ex Satirarum libro XXIV,  
nihil superest.

QUÆ SUPERSUNT  
EX SATIRARUM  
LIBRO XXV.

1. **Q**UÆ gallam bibere, ac rugas conducere ventri Farre aceroso, oleo decumano, pane Cumano coegit.

2. Solus jam vim de classe prohibuit Vulcaniam.
3. Idcirco omnes evasuros censeat ægritudinem.
4. Arabus artemo.

QUÆ SUPERSUNT  
EX SATIRARUM  
LIBRO XXVI

1. **H**OMINES ipsi hanc sibi molestiam ultro atque ærumnam offerunt, ducunt uxores, producunt quibus hæc faciant liberos.

2. At enim dicis clandestino tibi quod commissum foret; neu mutires quidquam, neu mysteria eferres foras.

3. Ferri tantum, si roget me, non dem, quantum auri petit; si se cupit, & si quoque a me, quæ roget, non impetret.

4. At Libertinus Tricorius Syrus ipse ad mastigias. Quicum versipellis fio, & quicum commuto omnia.

5. Squallitate, summa scabie, summa in ærumna obrutam, Neque inimicis invidiosam, neque amico exoptabilem.

6. Publicanus vero ut Asiæ sum scripturarius pro Lucilio, id. ego nolo; & uno hoc non muto omnia.

7. Ut populus Romanus victus vi, & superatus proclis sæpe est multis; bello vero nunquam, in quo sunt omnia.

8. Depeculassere aliqua sperans me ac deargentassere. Decalanticare eburneo speculo depeculassere.

9. Aggere in jaciendo si quo est vineis ætis opus; Primum id dant operam, ut quam primum appellent.

10. Ut si eluuiem facere per ventrem velis curare ;  
Omnibus disteato corpore exspiret vis.

11. Curet ægrotum , sumtum homini præbeat ,  
Genium funn defrudet , alii parcat.

12. Audivi , quem febris una , atque una *ἀρετή* ,  
Vini , inquam , hiatus potuit unus tollere.

13. Si misereantur se ipsi , vide ne illorum causa superiore  
loco collocaverit.

14. Nunc itidem populum istum scriptoribus volumus capere  
animum illorum.

15. Non te multitudinem tuorum , quam in album inclita  
dextra conficit sibi.

16. Quare hoc colere est satius , quam illam studium omne  
hic consumere.

17. Principio phyci omnes homines ex anima & corpore  
constare dicunt.

18. ——— Redisse  
Ac repedasse , ut Roma vitet gladiatoribus.

19. Et quod tibi magnopere cordi est , mihi vehementer  
displicet.

20. Summis niti naturæ opibus ; at ego contra ut dissimilis  
siam.

21. Suspendantne se , an gladium incumbat , ne cœlum videat :

22. Rem cognoscas simul , & dictis animum attendas postulo :

23. Ut ego effutiam , quod ego te inprimis cupere apisci  
intellego.

24. *Contra flagitium nescire vinci bello, a barbaro viriato Hannibale.*

25. *Sin autem hoc vident, bona semper petere sapientem putant.*

26. *Veterem historiam, inductus studio, scribis ad amores tuos.*

27. *Ego si quis sum, & quo folliculo nunc sum indutus non queo.*

28. *Tum doloribus confectum corpus animo oblistere.*

29. *Neque prius, quam venas hominis tetigit ac præcordia.*

30. *Munifici, comesque amicis nostris videamur viri.*

31. *Quidni & tu idem illiteratum me atque idiotam dices?*

32. *Rauco concionem sonitu & curvis cogant cornibus.*

33. *Depugnabunt pro te ipsi, & morientur, ac se ultro efferent.*

34. *Ego ubi quem ex præcordiis versu effero.*

35. *Non idcirco extollitur, vel iræ, vel gaudii dator.*

36. *Ita ut quisque nostrum e bulga est matris in lucem editus.*

37. *Tu si voles per aureis pectus irrigarier.*

38. *Qui sex menses vitam ducunt, orco spondent septimum.*

39. *Facile deridemur, scimus capital esse irascier.*

40. *Pars diffatur vento, pars autem obrigescit frigore.*

41. *Paucorum atque hoc pacto si nihil gustat inter nundinum.*

42. Præterito tepido glutinator glutino.
43. Quapropter deliro, & cupide officium fungor rudum.
44. Si quod verbum inusitatum, aut ζητημάτων offenderam.
45. Tuam probatam mihi & spectatam maxime adolescentiam.
46. Cum studio in gymnasio duplici corpus ficcasssem pila.
47. Malis necesse est lautum, e mensa pure capturus cibum.
48. Nunc ignobilitas his mirum ac monstrificabile.
49. Quid tibi cavendum censes, quid vitandum maxime?
50. Hunc laborem sumas, laudem qui tibi ac fructum ferat.
51. Quod is intelligebat, posse haud paucos rettuli.
52. Quam fastidiosum ac vescum cum fastidio edendi vivere.
53. Mihi quidem non persuadetur, publice ut mutem meos.
54. Denique adeo male me accipiunt decimæ & proveniunt male.
55. Animoque ægrotat, vidimus corpore hanc signum dare.
56. Percrepa pugnam Pompili factam Corneli cane.
57. Luporum exaudiborem malvanum & fulguritatem arborum.
58. Quodque te in tranquillum ex sævis transfert tempestatibus.
59. Porro amici est bene præcipere, tueri, bene prædicare.
60. Quandoquidem reperi magnis combibonum ex copiis.

61. Conjugem infidam, flacitam familiam, impuram domum.
62. Nec minimo & proferatur pax, quod Cassandram signo deripuit.
63. Domuitionis cupidi imperium regis pæne imminuimus.
64. Evadat saltem aliquid aliqua, quod conatus sum.
65. Illuc oculi deducunt ipsi, atque animum spes illuc rapit.
66. Vestimentis frigus atque horrorem exacturum putat.
67. Nisi portenta, anguesque volucres ac pinnatos scribitis.
68. Ego enim contemniscus fieri & fastidire Agamemnonis.
69. ——— hic cruciatur fame;  
Frigore, illuvie, inbalnitie, improfundie, incuria.
70. Cribrum, incerniculum, lucernam in laterem in telamlicium.
71. Dii moneant meliora, atque amentiam averruncassint tuam.

QUÆ SUPERSUNT  
EX SATIRARUM  
LIBRO XXVII.

1. **I**D bonis porro (seu proprium) est viris,  
Si irati, seu cui propitii sunt ii, ut  
Diutius eadem una maneant in sententia,  
Non cum benignitate sollicitarier proposito.

2. Coqus non curat caudam insignem esse, illa dum pinguis fiet:

Amici quærent animum sic, parasiti autem divitias.

3. Facit idem, quod illi, qui inscriptum e portu exportant clanculum, ne portorium dent.

4. ——— Salutem fictis versibus Lucilius,  
Quibus potest, imperit, totumque hoc studiose & sedulo:

5. Tu Lucilium credis contenturum, cum me ruperim;  
Summa omnia fecerim.

6. Nam hic quidem redditum suum talem portendebant, neque alia in re ulla offendere.

7. ——— Has e fenestris in caput  
Dejiciunt, qui prope ad ostium aspiraverunt.

8. Nulli me invidere, neque strabonem fieri sæpius deliciis me istorum.

9. Ille contra omnia inter plures sensim & pedetentim foris, ne quem lædat.



10. Nec sic, ubi Græci, ubi nunc Socratici charti, quidquid quæritis petimus.

11. Facio, ad lenonem venio, tribus in libertatem millibus Destinet. ———

12. Ardum, miserrimum, atque infelix lignum sambucum vocant.

13. Paulo hoc melius, quam mediocre, hoc minus malum, ut quam pessimum.

14. ——— Proferat ergo  
Jam vester ordo scelera, quæ in se admiserit.

15. Potius, quam non magnum messem esse, non probam vindemiam.

16. Quod si paulisper captare atque observare hæc voveris.

17. Ceterum quidquid fit, quid non fit, fero æquo animo ac fortiter.

18. Quod si observas hominem, qui pro commodo & regno gaudeat.

19. Quæ pietas? monogrammi quinque adducti pietatem vocant.

20. Cum pacem peto, cum placo, cum adeo, & cum appello meam.

21. Tamen aliti verruca, aut cicatrix medius papillæ differunt.

22. Mordicus petere aurum e flamma expediat, e coenocibum.

*Perfius & Juvenalis.*

23. Ad quod animum induxit semel, & ut ille omnino putat.

24. Cum mei me adeunt servuli, non dominam ego appellem meam?

25. Infanum vocant, quem maltam, ac feminam dici vident.

26. Nec si paulo minus usuras, & magna adjutatus diu.

27. Modo sursum, modo deorsum, tanquam collus cernui.

28. Consilium patriæ, legumque oriundu' rogator.

29. Certa sunt sine detrimento, quæ inter se commodent.

30. Si facies præstat facie, si corpore corpus.

31. Parcant illi magis, cui possint, cui fidem esse existiment.

32. ——— cum sciam

Nihil esse in vita proprium mortali datum.

33. Fuimus pernices, æternum id nobis sperantes fore.

34. Lignum cædat, pensum faciat, ædeis verrat, vapulet.

35. Si tamen hoc ad te non redivit, hoc carebis commodo.

36. Trado ergo alias minimo porro, quod mihi constat carius.

37. Metuo ut fieri possit; egoque ab Archilocho excido.

38. Quam non solum devorare se omnia ac deverrere.

39. Jam qua tempestate vivo, certo sine ad me recipio.

40. Et si maxime, quod spero, mutuum hoc mecum facis.

41. Primum qua virtute servitutem exclusit.

42. Quanti vellent, quam canicis a pulte & maconis manu.

43. At metuis potro aspectu & forma capere  
Altera. ———

44. Re in secunda tollere animos, & in mala demittere.

45. Rerum explicatorem mittam, miserum mendicum pe-  
tam.

46. Ego enim a pueritia, ut me amare expediat.

47. Viginti domi, an triginta, vel centum cibicidas alas:

48. Idola atque atomos vincere Epicuri volam.

49. Hymnis velim te id, quod verum est, credere:

50. In re ianctanda ipsa ridicula id atque assederet.

QUÆ SUPERSUNT

EX SATIRARUM

LIBRO XXVIII.

1. **C**ONCEDAT homini id, quod vult; deliniat,  
Corumpat prorsus, ac nervos omnes eligat.

2. Orationem facere compendi potest;  
Solve dum salvo in tergo, & tergi non licet.

3. Polemon & amavit mortem, & huic transmittit suam  
stolam, quam ducunt.

4. Quapropter certum est facere contra & persequi  
Et nomen deferre hominis. ———

5. Omnia viscatis manibus leget, omnia fumet;  
Crede mihi, presse auferet omnis. ———

6. Ut si progeniem antiquam, qua est Maximu' Quintus;  
Qua varicosu' vatrax. ———

7. ——— Sospitat,  
Impertit salutem plurimam, & plenissimam:

8. Doctior ceteris isafamitis mutes aliquo tecum sacra facta  
vitia.

9. Socraticum quid ante tyranno misisse Aristippum au-  
tumant.

10. Concedere unum, atque in eo dicere, quo superatur  
manus.

11. Vel si alio opus sit forte, si hinc aliquo cesseris.

12. Hinc ad me, hinc licet anus rursus ad armillum.

13. Minitari aperte capitis disturnum diem.

14. Nullo honore displetu', nullo funere.

15. Cum cognoveris, vitam sine cura exigas.

16. Summittas alios, si quos possis censeas.

17. Ne hoc faciat, atque ex hac ærumna exeatis.

18. Quid me fiet, siquidem non vis te improbis com-  
mittere.

19. Commovet se nusquam, neque committet, ut pereat  
sibi.

20. Hic tum conventus, tela, insidiasque locavi.

21. Piscium magnam, atque altilium vim interfecisti, ut  
nego.

22. Adde eodem tristis ac severus philosophus.

23. Cæde ostium, nate, urge: restant: periimus.

24. Agite , agite fures , mendacia argutamini.
25. Sed fuga fingitur , timido vadit pede percitus.
26. Quid sic balistas jactas centenarias ?
27. Primo redundat aurum , ac thesauri patent.
28. Persuade , & transi , vel da , quamobrem transeas.
29. Puer præterea nostris qui subeant jubet.
30. Malo hercle vestro confectores cardinum.
31. Lucilius si in amore irritarit suo.
32. Utrum anno , an horno te abstuleris a viro.
33. Anno vertente dies tetri , miseri , ac relligiosi.
34. Præterea hæc subficiva si quando voles operam.
35. Vitam , ac fortunas cui crediderim meas.
36. Cui sæpe imposui mille plagarum in diem.
37. Sarcinatorem esse summum , fuere centonem optume.
38. Tanti temporis se montes & foedera tollent.
39. Verum tu quid agis ? interpella me , ut sciam.
40. Prospiciendum ergo in senecta , nunc adolescentia est.
41. In medium Chremes , in summum ire adde menetus.
42. Aquam te in animo habere intercutem.
43. Quare pro facie , pro statura status.
44. ——— Quæque aspectu sunt spurca & odore.
45. Fulmentas eis atque æneis subcudere.
46. Nec par vocat ullo pretio.
47. Conjice te intro , ac bono animo es.

48. Nihil parvi ac penſi, uti ſitæ doceas lutum.

49. Hymnis ego animum ſic induco, quod tu ab infano auferas.

QUÆ SUPERSUNT  
EX SATIRARUM

LIBRO XXIX.

1. ——— Hoc cum feceris;

Cum ceteris reus una tradetur Lupo:

Non aderit: ἀρχαῖς hominem & ὀτορχεῖσιν ſimul

Privabit; cum igni & aqua interdixerit, duo

στορχεῖα habet, id maluerit: privabit tamen.

2. Habeasque animo mihi admodum cauſam gravem  
Fore, quæ me ab ullo commoſo abducatur.

3. Qui mihi quantum eſt inter humanum genus  
Rerum, quod inter ſe conjungat, communicat.

4. Apollo' ſt nomen, qui te antiquis non ſine  
Deliciis maculam atque ignominiam imponere.

5. Dejerat enim ſcripſiſſe & poſt non ſcripturum redi in  
conſortium.

6. Si Socrates in amore, & in adoleſcentulis meliore  
paulo facie ſignat, nihilque amaret.

7. Et amabat omnes: nam diſcrimen non facit, neque  
ſignat linea alba.

8. ——— Tu quid iræ indulges nimis?  
Manus a muliere abstinere melius est.
9. Prins non tollas, quam Tulli animum ex nomine, atque  
hominem ipsum interfeceris.
10. Amicos hodie cum improbo illo audivimus  
Lucilio advocasse. ———
11. Præterea ut nostris animos attendere dictis;  
Atque adhibere vesis. ———
12. Hic corpus solidum invenies, hic stare papillas  
Pectore marmoreo. ———
13. Sic, inquam, veteratorem illum, vetulum lupam  
Hannibalem acceptum. ———
14. At non sunt similes, neque dant. quid si dare vellent?  
Accipere sine? doce. ———
15. Cum manicis, catulo, collarique, ut fugitivum  
Deportem. ———
16. Quiete poscente minus, & præbent rectius multo;  
Et sine flagitio. ———
17. Si retinere hunc voles, si longius te producturum, &  
diutius.
18. Cohibet & domi mœstus se Albinus; repudium quod  
filiae remisit.
19. ——— ventrem alienum  
Mœstum fovere ex molito hordeo, uti cataplasmo.
20. Certum scio esse ita, ut dicis. nam mihi erant ex illo  
explorata omnia.

21. Ætatem tibi istuc laturam, & bellum, si hoc bellum putat.

22. Primum ex advorso, si quod est coenaculum, Quo recipiat te. ———

23. ——— gymnasioque,  
Ut schema antiquo spectatores retineres:

24. Ubi erat scopus  
Ejicere istum abs te, quamprimum & perdere amorem:

25. Hic me ubi videt, subblanditur, palpatur, caput scabit, pedes legit.

26. Quid mihi proderit, quem fatias jam omnium rerum tenet.

27. Nunc tu contra venis, vel qui in nuptiis, vel se seneces, nec sine pernicie.

28. Perge, amabo, ac, si potes, face dignam me ut vobis putem.

29. Hoc invenisset unum ad morbum homini vel bellissimum.

30. Hæc est ratio: perversa æra: summa & subducta improbe.

31. Eodem uno hi modo rationes subducent suas.

32. Age nunc summam sumtus ducatque æris simul atque alieni.

33. Tyroneo & non mortifero affectus vomica, & vulnere:

34. Magno, & non magna mercede, magno quidem conduxeris.



35. In mellis spem esse omnem, quovis possem emungi volo.
36. Non rediret ad se, atque illam exterminaret miseram.
37. Nato quid actum est? depilati omnes sumus:
38. Dividant, differant, dissipent, distrahant.
39. Colligere auxilium, tametsi est indignum ut feram:
40. Favorem me tibi, amicum, amatorem putes.
41. Ut nunc hac re mihi opem atque auxilium offeras.
42. Vos interea lumen auferte, atque aulae obducite.
43. Quod te intromisi, gratiam referat mihi.
44. Tum illud epiphoni, quod etiam tum nobile est.
45. Crus lapide, nihil est, credam, si te offenderit.
46. Nemo hos ancipites ferro effringat cardines.
47. Veste atque ancipiti ferro effringam cardines.
48. Hiemem unamquamque carpam.
49. Pluteos excutit, tectaue & testudines reddit.
50. Adde alios omnes meo periculo ex ordine.
51. Paulisper cui me dem, edet hæc se, ut polypus ipsa.
52. Surge, mulier, ducito filium non malum.
53. Cum ipsi in locum descendant, cum alios detrahant.
54. Huc, alio cum iter haberet, præteriens venit.
55. Quid? quas partiret ipse pro doctrina boni?
56. Ut si quod concupisset, non aptus.
57. Nec ventorum flamina flando suda secudent.
58. Unde domum vix redeat, vixque hoc exuat se.

59. Urget gravedo sæpius culpa tua.  
 60. Deletionem nostri ad unum exercitus.  
 61. Detrusus tota, vi dejectusque Italia.  
 62. Hoc tum ille habebat, & fere omnem Apuliam?  
 63. Utrum tristis contorto aliquo ex Pacuviano exordio:  
 64. Deum rixa vertat verba obscœna.  
 65. Habes omnem rem. timeo, ne accuser.  
 66. Insulta miserum te quoque in me.  
 67. Primum Chrysicum negat signatam reddere.  
 68. Supplantare ajunt, Græci ὑποσκελίζειν dicunt:  
 69. Diffociat atque omnia, ac nefantia.  
 70. Quis tu homo es? nemo sum homo.

QUÆ SUPERSUNT

EX SATIRARUM

LIBRO XXX.

1. ILLO quid fiat Lamia, & Pytho oxyodontes;  
 Quod veniunt genuæ illæ, vetulæ, improbæ, ineptæ

2. ——— Leonem

Ægrotum ac lassum. ———

3. Deducta tunc voce leo: Cur tu ipsa venire  
 Non vis huc?

4. Quid sibi vult? quare fit? at intro versus, & ad te  
Spectent, atque ferant vestigia se omnia profus.

5. Scito etenim bene longinquum mortalibus morbum  
In vino esse, ubi qui invitavit dapilius se.

6. Cui vultu ac facie, ludo, ac sermonibus nostris  
Virginis hoc pretium, atque hunc reddamus honorem.

7. Tunc iugo jungas me ante? & succedere atatro  
Invitum, & glebas subigas proscindere ferro?

8. Continuo, simul ac paulo vehementius aura  
Inflarit, fluctus erexerit, extuleritque.

9. Omnia tumendo macro videas fervente micare:

10. ——— An ego te acrem atque animosam,  
Thessalam ut indomitam frenis subigam ante domemque  
Bellando. ———

11. Aut cum iter est aliquo, & causam commentavi,  
Ut apud aurificem, ad matrem, cognatam, ad amicam.

12. Improbior multo, quam de quo diximus ante:  
Quanto blandior, hoc tanto vehementius mordet.

13. Qui non expectans spectandi studio, sed hominis te-  
tri impulsu ingressus.

14. Spectans ætate eandem hæc proferre potest  
Mansum ex ore daturum. ———

15. ——— Sic ubi ab aureis  
Fama tuam pugnam claram allatam dicasset.

16. ——— Curare domi sint  
Gerdus, ancillæ, pueri, zonarius, textor.

236 C. LUCILII RELIQUIÆ

17. Cui ubi decimantia meæ epitegina appepeli longe  
opera ante alia omnia.

18. Quin totum purges, debelles me atque deaures, ex-  
sultes, sollicites.

19. Maximu' si argenti sexcentum, ac mille relinquit  
Imberbi androgyni, barbato moechocinædo.

20. Quid verò est, centum ac ducentum possideas si  
Millium? ———

21. Omnia alia, in quibus efferimur rebus, ne ego multis  
loquar.

22. ——— quid quærimus acre  
Inductum cantu, custoditum. ———

23. Hic ut muscipula contenta, ut scorpiu' cauda  
Sublata ———

24. Quantasque modo ærumnas, quantosque labores  
Exanclaris. ———

25. ——— Ut pecudem te asinumque, ut denique nasci  
Præstiterit. ———

26. Hic in stercore humi, fabulisque, fimo, atque sucerdis

27. Deblaterat plenus, bonu' rusticu' concinit una.

28. Quantum haurire animus Musarum e fontibu' gessit.

29. Et sola ex multis nunc nostra poemata ferri.

30. Nunc, Cai, quoniam incilans nos lædi vicissim:

31. Et sua perciperet retro relictâ jacere.

32. Cum me hoc tempore nugator cognoscere non vis.

33. Summatim tamen experiar rescribere paucis.
34. Idque tuis sævis factis, & tristibu' dictis.
35. Nemini ingenio quenquam confidere oportet.
36. Si liceat facere, atque hoc verbu' reddere, quod do?
37. Sicuti te, quia ea, quæ speciem vitæ putamus esse.
38. Secus cum e medio ac ludo bene potu' recessit.
39. Calvu' Palatina, vir nobilis, ac bonu' bello.
40. Et sævo, ac duro in bello multo optimus hostis.
41. Quod tuas laudes culpas, non proficis hilum.
42. Sed tamen hoc dicas, quid est, si nenu molestum est?
43. Lanæ opus omne perit, pallor, tineæ omnia cædunt.
44. Planta una est pedibus cariosis mensulibano.
45. Non datur; admittit nemo, nec vivere ducunt.
46. Cujæ opera Troginu' calix per castra cluebat.
47. Gratia habetur utrisque illis, quæ sibi, quæ finitu.
48. Culcitalæ accedunt privæ centonibu' binis.
49. Quid tu istuc curas, ubi ego oblinar, atque voluter?
50. Quid servas, quo eam, quid agam? quid id attinet  
ad te?
51. Quid dare, quid sumti facere, ac præbere potiffet.
52. Si laqueis, manicis, pedicis mens irretita est.
53. Gaudes, cum de me ista foris sermonibu' differs.
54. Et maledicendo multis sermonibu' differs.
55. Hæc dum me infimulas, nonne ante in corde volutas?
56. Ipso cum domino calce omnes excutiamus.

57. Ut semel in coeli pugnas te invadere vidi.  
 58. Virtutis hæc tuæ artis monumenta locantur.  
 59. His te versibus interea contentu' teneto.  
 60. Producant me ad te, tibi me hæc ostendere cogunt.  
 61. Quanti nos faciant socii, cum parcere possunt.  
 62. Et virtute tua, & claris conducere chartis.  
 63. Quod sua committunt mortali claustra Camoenæ.  
 64. Hoc etiam accipe, quod dico: nam pertinet ad rem:  
 65. Publica lege ut mereas, præsto est tibi Quæstor.  
 66. Accipiant leges, populus quibus legibus exlex.  
 67. Aut operatu' aliquo in celebri cum æqualibu' fano:  
 68. Quem scis scire tuas omnes maculasque notasque.  
 69. Hæc vestimentis maculosis tum aspicit ipse.  
 70. Quem sumtum facis in lustris, circum oppida lustrans.  
 71. Juratam se uni, cui fit data deque dicata.  
 72. Præservit, labra delicit, delinit odore.  
 73. Sensu nutricatum sane caput obruit ipse.  
 74. Euplocamo digitis, discerniculumque capillo:  
 75. Et circum volitant ficedulæ, turdi, curatus coci.  
 76. Sed quid ego hæc animo trepidanti dicta profundo?  
 77. Nolito, tibi me maledicere posse, putare.  
 78. Tristem, & corruptum scabie, & potrigini? plenum.  
 79. Quæ quondam populi oris aures, pectora rumpit.  
 80. Nemo istum ventrem pertundet, delictet uti, atque  
     videbis.

81. Hoc missum facies, illo me utere libente.
82. Sublatus pudor omni', licentia, fenu' refertur:
83. Et illud quoque mite malum, blandum atque dolosum:
84. Contra hæc invitasse, aut instigasse videntur.
85. Omnes formosi, fortes, tibi ergo improbus esto:
86. Vir mare meritur magnum, & se fluctibu' tradit.
87. Quis totum scis corpus jam peroleffe bisulcis.
88. Et Mutonis manum perscribere posse tagacem:
89. Nonnunquam dabit ipsa ætas, quod possit habendo:
90. Inde canino ritu oculisque involera.
91. Multis inductis sermonibu' concelebrarunt.
92. Insperato abiit, quem una angina abstulit hora.
93. Unus consternit nobis vetu' restibus aptus.
94. Neu quis te ignoret famulis subducere. ———
95. Quodque adeo fuerint, qui temnere superbum.
96. Præstringatque oculorum aciem splendore micanti.
97. ——— Ruis hæc, & colligis omnia furtim.
98. ——— Quandoque pudor ex pectore cessit.
99. ——— Neque barbam immiseris istam.
100. ——— Conficit ipse, comestque.

## E P O D I S H Y M N I S .

**S**INE eugio ac destina.

## S E R R A N O .

**C**ÆLI nomine & salis fretus.

## N U M M U L A R I A C O M Œ D I A .

**N**ESCIO quorsum mihi eveniunt tua verba tam delenifica:

*PORPHYRION in Artem poeticam Horatii: Pythias persona comica in comœdia Lucilii: quæ inducitur per astutias accipere argentum a Simone domino suo in dotem sua filia.*

## R E L I Q U I A R U M R E L I Q U I Æ

superioribus addendæ.

1. ——— Sanctu' Serapis,  
Iſis, & Harpocrates, digito qui significat ST.

2. At magnum fecit, quod verbis Græca Latinis  
Miscuit. ———

3. Cretatumque bovem duci ad Capitolia magna.

4. Vidimus vinctum thomicæ cabina.

5. *A. Gellius Noſt. Attic. lih. VII, cap. 3, Recte, inquit,*



Tiro Tullius M. Ciceronis libertus) hoc vitio dat Lucius poeta Euripidi, quod, cum Polyphontes rex propterea interfecisse fratrem diceret, quod ipse ante consilium de hæce ejus cepisset, Ærope fratris uxor hisce eum verbis auferit:

Εἰ γὰρ σε ἔμελεν, ὡς σὺ φῆς, κτείνειν πρόσις,  
Χρὴ καὶ σε μέλλειν, ὡς χρόνος παρῆν δῆδεν.

t hoc enim, inquit, plane stultitiæ plenum est; eo consilio atque ea fini facere nolle aliquid, uti nunquam id facias, quod velis.

6. Decuis, five decuffis est.

7. Servius ad illa Virgiliti lib. IX. Æn. Emathiona Liger; Thoricum sternit Asylas, Hic jaculo bonus, hic longe falente sagitta: Ortygium Cæneus, victorem Cænea Turnus, Turnus Itin) Ut ait Lucilius, *bonum schema est, quoties sententia variatur iteratione verborum.*

CENTONES  
 ALIQUOT  
 LUCILIANI

Ex disjunctissimis poetæ illius fragmentis  
 concinnati

A

JANO DOUSA NORDOVICE.

---

**M**ULTIS inde loci sermonibu' concelebrabit  
 Ætatem & faciem, ut faga, & bona conciliatrix:  
 Quod gracila est, pernix pedibus, quod pectore puro;  
 Quod puero similis: neque uti Pyrgentia scorta.  
 Hic corpus solidum invenies, hic stare papillas  
 Pectore marmoreo. ———  
 Sic singillatim nostram unusquisque movetur.  
 Sicuti cum primas ficus propala recentes  
 Protulit, & pretio ingenti dat primitu' paucas.  
 Quidni? & scruta quidem ut vendat scrutariu', laudat  
 Præfractam strigilim, soleam improbu' dimidiatam.  
 Est illud quoque mite malum, blandum, atque dolosum;  
 Quom poclo bibo eodem, amplector, labra labellis

Quom figens compono , hoc est , quom *ἰωλοκοποῦμαι*.  
 Læna manu lacrimas mutoni absterget amica ,  
 Componetque latus lateri , tum cruribu' crura  
 Dilaxans , dabit in vulgam penetrare pilosam ,  
 Crissatura , uti si frumentum clunibu' vannat.  
 Hæc , ut muscipulæ tentæ , atque ut scorpiu' cauda  
 Sublata , non te porro procedere porcent ?

\*

— Legem

Vitemus Licinî Fannî centusse misello ;  
 Quæ gallam bibere , ac rugas conducere ventris  
 Farre aceroso , oleo , & Cumano pane coegit.  
 Ostrea nulla fuit , non purpura nulla Pelori ;  
 Pulmentaria , ut inthybus , aut aliqua id genus herba ;  
 Asparagi molles , fici comedantur & uvæ ,  
 Flebile cepe simul , lacrimosæque ordine thallæ ,  
 Et jus mænarum ; bene habet. *sin* mietyris hæc merx ;  
 Caseus allia mollibit , cum pulte adipata.  
 O lapathe , ut jactare necesse est , cognitu' cui sis.  
 In quo Læliu' clamores Sophos ille solebat  
 Edere , compellans gumias ex ordine nostros :  
 O Publi , o gorges Galloni , es homo miser , inquit ;  
 Cœnasti in vita nunquam bene , cum omnia in isto  
 Consumis , squilla , atque acipensere cum decumano.  
 Læliu' præclare , & recte *σοφός* , illaque vere.  
 Occidunt , Lupe , saperdæ te & jura filuri ,  
 Sumina te atque amæ , turdi te , & viscus aprinum.

\*

Firmiter hoc , probiterque tuo si pectore fixum ;

Q 2

Ejicere istum abs te quamprimum, & perdere amorem;  
 Vicimus, o focii, & magnam pugnavimur pugnam.  
 Virtutisque tuæ hæc ergo monumenta locamus.  
 Macte proin virtute, simulque his verbis esto.  
 Sin laqueis, manicis, pedicis mens irretita est,  
 Nolito tibi me maledicere posse putare.  
 Vis est vita (vides) quæ nos facere omnia cogit.  
 Sic singillatim nostrum unusquisque movetur:  
 Nemini ingenio quemquam confidere oportet.  
 Sicuti te, quem æquæ speciem vitæ esse putamus;  
 Corporis e signis animo ægrotare videmus,  
 Nec posse infamem, turpemque odisse popinam.  
 Sed tamen hoc dicas: Quidnam est, si nenu molestum est;  
 Quamvis desubito trinis deducere scalis?  
 Quid tu istuc curas, ubi ego oblinar atque voluter?  
 Serus cum e medio lustro, ac bene potu' recessi.

Lippus edunda acri assidue cepariu' cepa  
 Liviu' pauper, ait, se ingentia munia fungi,  
 Raufuro Tragicus qui carmina perdit Oreste.  
 Quantum haurire animus Musarum e fontibus gestit.  
 Tum paucis malle, ac sapientibus esse probatum,  
 Ἡ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.  
 Cui neque jumentum est, nec servus, nec comes ullus;  
 Bulgam, & quidquid habet nummorum, secum habet ipse.  
 Cum bulga coenat, dormit, lavat, omnis in una  
 Spes hominis bulga, hac devincta est cetera vita.  
 Peniculamentum vero reprehendere noli.  
 Scis ποιητικὸν esse; vides tunicam, & toga quid sit.

Adde Syracusis sola, pasceolumque, & alutam:  
 Id solum advorsæ Fortunæ, reique resistit,  
 Quod sua committunt mortali claustra Camoenæ:  
 Cetera contemnit, & in usura omnia ponit  
 Non magna, proprium vero nil neminem habere.

Quare (ut dixim⁹) non video, hic quid magnopere  
 optem:

Naumachiam licet hæc, inquam, alveolumque putare, &  
 Calces, delectes te, hilo num rectiu⁹ vivit  
 Maximu⁹, si argenti sexcentum, ac mille relinquat  
 Imberbi androgyno, ac barbato mœchocinædo?  
 Sic singillatim nostrum unusquisque movetur:  
 Tristes, difficiles sumu⁹, fastidim⁹ bonorum.  
 Hic tricofu⁹, bovinatorque, ore improbu⁹ duro,  
 Quem neque Lucanis oriundi montibu⁹ tauri  
 Ducere protelo validis cervicibu⁹ possent.  
 Tu milli nummum potes uno quærere centum;  
 Sallere murænas, mercem in frigidaria ferre.  
 Durum, molle vorans, fragmenta interfici⁹ panis:  
 Volturius ruis hinc, & colligis omnia furtim:  
 Hinc mare metiris magnum, & te fluctibu⁹ tradis:  
 Fundi delectat virtus te, villicu⁹ paulo  
 Strennior si evaserit. ———

Nunc vero a mane ad noctem, festo atque profesto.  
 Toto itidem pariterque die, populusque patresque  
 Iactare indu foro se omnes, decedere nusquam:  
 Uni se, atque eidem studio omnes dedere & arti.

Verba dare ut caute possint , pugnare dolose ;  
 Blanditia certare , bonum simulare virum se ;  
 Infidias facere , ut si hostes sint omnibus omnes :  
 Sublatus pudor omni<sup>9</sup> , licentia , foenu<sup>9</sup> refertur :  
 Nemo hic vindicias , numen , neque sacra veretur :  
 Tapullam rident legem congerræ Opimi :  
 Idola , atque atomos Epicuri credere malunt ,  
 Non epulo Divorum aliquem , neque proficie ulla  
 Dignant : hinc se peccare impune rati sunt  
 Possè , ac nobilitate facul propellere iniquos .  
 In quo toto etiam mihi coelo errare videntur :  
 Namque videtis , uti multos mensesque diesque  
 Non tamen ætatem tempestate hac scelerosi  
 Lætentur . —————

\*

Cum tecum est , quidvis fatis est , visuri alieni  
 Sint homines , spiras , pallam , redimicula promit ;  
 Euplocamo digitos , discerniculumque capillo .  
 Ut cum iter est aliquo , & causam commenta viai ,  
 Aut apud aurificem , ad matrem , cognatam , ad amicam :  
 Aut operandum aliquo in celebri cum æqualibu<sup>9</sup> fano .  
 Tum vero ricini aurati , & nitet aurea mitra .  
 Hæc vestimentis maculosis aspicias ipse ;  
 Quod deformi<sup>9</sup> senex , quod pædidus , ac padagrosus ;  
 Quod mancus , macer , exilis , cum ramice magno .  
 Si vero des , quod rogar , & si suggeri<sup>9</sup> suppum ,  
 Magna penus parvo spatio consumpta peribit .  
 Omnia viscatis manibus leget , omnia sumet ;  
 Crede mihi , presse auferet omnia —————

\*

Huic hominì Quæstore aliquo est opus, atque chorago,  
 Publicitus qui mî, atque e fisco præbeat aurum.  
 Nam si, quod satis est homini, id satis esse potisset;  
 Hoc fat erat: nunc cum hoc non est, qui credimur porro.  
 Divitias ullas animum mî explere potesse?  
 Denique uti stulto nihil est satis, omnia cum sint:  
 Sic tu illos fructus quæras, adversa hieme olim  
 Queis uti possis, ac delectare domi te.  
 Quid vero est, centum ac ducentum possideas si.  
 Millia, divitiis pretium si solvere nescis?  
 Quin potius vitam degens sedatur quietam, in-  
 Tranquillum ex sævis te tempestatibus transfers.

\*

Quid multis? nemo est halicariu' posterior te:  
 Est, qui præciso atque epulis capiat opimis,  
 Et non (pauper uti) Samio, curtoque catino,  
 Quem præclarus helops, quem Ægypto fargu' movebit.  
 Si argenti indigus est, se conficit ipse comestque:  
 Si vero das, quod rogat, & si suggeri' suppum,  
 Magna penus parvo spatio consumta peribit.  
 Quod sumtum atque epulas victu præponit honesto:  
 Intereunt, labuntur, eunt rursus omnia vorsum.  
 Nam quid mutino, subreptoque huic opu' signo?  
 Ut turcaretur lardum, & carnaria fartim  
 Patrum conficeret? —————

\*

Phryne nobilis illa, ubi amatorem improbius quem  
 Multis inductum sermonibus concelebravit,  
 Quid dare, quid summi facere, ac præbere potisset;

Q 4

Præservit, labra delicat, hinc delenit amore.  
 Assequitur, nec opinantem in caput inilit, ipsam  
 Commanducatur totum complexa, comestique.  
 Si vero das, quod rogat, & si suggeri' suppum;  
 Magna penus parvo spatio consumta peribit.  
 Omnia viscatis manibus leget, omnia fumet,  
 Crede mihi, presse auferet omnia. —

Vir mare metitur magnum, & se fluctibu' tradit;  
 Continuo simul ac paulo vehementius aura  
 Inflarit, flactus erexerit, extuleritque:  
 Flamina nec flando ventorum suda secudent:  
 Omnia tum endo mari videas fervente micare.  
 Proras despoliate, ac detundete gubernata,  
 Tonfillas quoque prævalidis in funibus aptas;  
 Fluctibus a ventisque adversis firmiter ut fit.

— tanti

Se tempestatis montes ad fidera tollunt.  
 Armamenta tamen, malum, vela omnia servo:  
 Funis enim præcisu' cito, atque anquina soluta est.

Mantica cantheri costas gravitate premebat,  
 Succussatoris tetri, tardique caballi.  
 Verum hæc ludus ibus, susque omnia deque fuerunt;  
 Susque hæc deque fuere, inquam, omnia, ludu' jocusque:  
 Illud opus durum, ut Setinûm accessimu' fines,  
 Αἰγίλιπτοι montes Ætnæ omnes, asperi, Athones.

— his viscus aprinum,  
 His itidem in coena dabis ostrea millibu' centum



Emta : (satis magnam nam piscium & altilium vim  
 Interfecisti, ut video) *χῆστε δύδαοτης*  
 Vinum defusum e pleno dabit œnophoro, cui  
 Nil demfit hir, & cui sacculus abstulerit nil.

\*

———— Nam sumtibu' magnis  
 Ampliter exstructam simul atque accumbimu' mensam,  
 Malas tollimus hinc ambas, atque utrimu' rictu.  
 Pulchre invitati nimis, acceptique benigne.  
 Verritur œnophoris fundus, sententia nobis.  
 Idem epulo cibus, atque epulæ Jovis omnipotentis.

\*

———— Quid ego? simul ostrea cerno,  
 Non norim fluvii limum, ac coenum sapere ipsum?  
 Rugosi, passique senes eadem omnia quærunt,  
 Hi, quos divitiæ producunt, & caput unguat  
 Horridulum, quandoque pudor de pectore cessit,  
 Nequitia occupat hos, petulantia prodigitalque.

\*

———— nostris

Munifici ut, munesque viri videamur amicis,  
 Ad coenam adducam, & primum hisce abdomina thynni  
 Advenientibu' priva dabo, cephaleaque atarnæ,  
 Dans bibere ab summo. ———

\*

———— Cujus non audeo dicere nomen?  
 Quid refert dictis ignoscat Mutius, an non?  
 Sic vetus ille Cato dignum quemcunque lacessim  
 Appellare, quod ipse sibi non conscius esset.

\*

—— Ille alter abundans

Cum septem incolumis pinnis redit ac recipit se:

Gallinaceu' ceu victor se gallus honeste

Suffulit in digitos, primoresque erigit ungues!



NOTÆ  
IN C. LUCILII  
RELIQUIAS.

---

IN RELIQUIAS EX INCERTO SAT. LIBRO.

1. Lactantius Divin. Instit. lib. VI, c. 5. & 6.
2. Idem Divin. Inst. lib. V, c. 9.
3. Cicero de Fin. bonor. & malor. lib. I.
- 4 & 5. Cicero de Orat. lib. III. Idem in Orat. ad M. Brutum. Idem in Bruto. Quinctilian. lib. IX, c. 4. Plin. Hist. nat. lib. XXXVI, c. 25.
6. Festus.
7. Idem: *Redarguisse* per e literam Scipio Africanus P. F. dicitur enuntiasse; ut idem etiam *pertisum*, cujus meminit Lucilius.
8. Cic. lib. II. de Orat.
9. Julius Rufinianus de Figuris.
10. Nonius: *Anquina* vincula, quibus antennæ tenentur.
11. Isidorus Orig. XIX, c. 4. *Catapirates* linea cum massa plumbea, qua maris altitudo tentatur. — Festus: *Rodus* vel *raudus* significat rem rudem & imperfectam. nam saxum quoque *raudus* appellant poetae. Vulgus quidem in usu habuit, non modo pro ære imperfecto, ut Lucilius &c.
12. A. Gellius Noct. Attic. lib. XVIII, c. 5. Macrob. Saturnal. lib. VI, c. 9. Nonius: *Equitare* quoque Lucilius *equum* dicit, cum sit hominis equum infidentis.
13. Festus: *Mamphula* appellatur panis Syriaci genus, quod, ut ait Verrius, in clibano ante, quam percoquatur, decidit in carbones, cineremque &c. Varro de L. L. lib. IV.

14. Isidor. Orig. lib. XIX, c. 7. *Marcus*, malleus pusillus!

15. A. Gellius lib. III, c. 14. *Dimidiatum* est quasi dimidiatum & in partes duas pares divisum &c.

16. Commentar. vet. in Juvenal. Sat. III. ad illa: *Quantum quisque sua nummorum servat in arca* &c.

17. Donatus in Eunuchum Act. II, Sc. 3. ad versum illum: *Incurvus, tremulus, labiis demissis, gemens.*

18. Festus: *Querqueram febrem*, gravem & magnam. Nam quidam quercum dictam volunt, quod id genus arboris cum grave sit, ac durum, tum etiam in ingentem evadat altitudinem &c. Idem: *Rondes Icadionque* cum dixit Lucilius, nomina piratarum posuit, *tam infestum sibi corpus & valedinam referens, quam illi essent saluti navigantium.* Idem: *Icadion* nomen sævissimi piratæ.

19. Maximus Victorinus: Liquescentes autem literæ sunt quatuor l, m, n, r. Liquescentes vero ideo dicuntur, quod fluant & quasi intererant, cum consequuntur aliquam brevem syllabam cum quavis alia consonante. Sunt autem duplicis potentiæ: nam longam syllabam positione facere possunt, si ita poeta voluerit, & brevem non producant.

20. Nonius: *Arquatus* morbus dictus est, qui *regius* dicitur, quod arquus sit concolor de virore, vel quod ita stringat corpora, ut in arcum ducat.

21. Festus: *Tama* dicitur, cum labore viæ sanguis in crura descendit & tumorem facit. — Idem: *Boa* serpens est aquatilis, quem Græci *Ἰσπρον* vocant: a qua icti obturgescunt. crurum quoque tumor viæ labore collectus *boa* appellatur.

22. Festus: *Vitiligo* in corpore hominis macula alba, quam Græci *ἄλφον* vocant, a quo nos album. sive a vitulo dicta, etiamsi non lædit: sive a vitulo, propter ejus membranæ candorem, qua nascitur involutus.

23. Porphyrius lib. I, Sat. 3. ad illa Horatii: *si dives qui sapiens est. Et sutor bonus & solus formosus & est rex.*

24. Julius Rufinianus: *Enthymema* fit, cum periodus orationis ex contrariis sententiis adstringitur.

25. Veteres Glossæ. Persii in Sat. I. ad illa: *usque adeone scire tuum nihil est, nisi, te scire hoc, sciat alter.*

26. Varro lib. V. de L. L. *Spondeo* a *sponde*. nam id valet & a voluntate. Ideo Lucilius scribit de *Cretea*, cum ad *scubitum* venerit, — sponde ipsa &c.

27. Porphyrius lib. I, Sat. 6. Horat. ad illud: *quoniam in propria non pelle quiessem.*
28. Nonius; *Menda* feminino genere.
29. Servius Petri Danielis.
30. A Gellius lib. XX, c. 8.
31. Idem lib. III, c. 14.
32. Varro de L. L. lib. IV.
33. Idem lib. VI. Dicta apud veteres *una canes.*
34. Festus: *Me* pro *mihi* dicebant antiqui.
35. Idem: *Bubinare* est menstruatio mulierum sanguine inquinare: *imbulbitare*, est puerili stercore inquinare. dictum ex *fimo*, quod Græci appellant *βλβιτον*.
36. Idem: *Sargus* piscis genus, qui in Ægyptio mari fere nascitur.
37. Idem: *Sicyonia* genus calceamenti.
38. Idem: *Sollo* Osce dicitur id, quod nos totum vocamus.
39. Idem in voce *Nequam*.
40. Idem: *Petauristas* Lucilius a *petauro* appellatos existimare videtur &c.
41. Idem: *Pétimina* in humeris jumentorum ulcera & vulgus appellat, & Lucilius meminit.
42. Idem: *Spara* minimi generis jacula, a spargendo dicta. — Nonius: *Spara*, quod est genus teli, neutro genere.
43. Festus: *Squarrosi* ab eadem squammarum piscium similitudine dicti, quorum cutis exurgit ob assiduam illuviem.
44. Paullus ex Festo: *Sub vitem hastas jacere* dicitur veles, cum eas sub manu sursum mittit.
45. Festus: *Suppum* antiqui dicebant, quem nunc *supinum* dicimus ex Græco, videlicet pro aspiratione ponentes literam; ut cum iidem *ύλας* dicunt & nos *silvas*: item *ξξ*, sex: & *επτα*, septem.
46. Idem: *Tapullam legem* convivalem ficto nomine conscripsit jocosum carmine Valerius Valentinus.
47. Idem: *Vindicia* appellantur res eæ, de quibus controversia est, quod potius dicitur *jus*, quia fit inter eos, qui contendunt.
48. Idem: *Solox* lana crassa, vel pecus lana contactum.
49. Nonius: *Exsculpere* est extorquere.
50. Idem: *Interfici* & *occidi* ad inanimata veteres vehementi auctoritate posuerunt.

94. Idem : *Crucium*, quod cruciat, unde Lucilius vinum infuave *crucium* dixit.

95. Idem : *Schedia* genus navigii inconditi, trabibus tantum inter se connexis facti, quo mercimonia circumferunt post amissam navem. Unde *schedia* usus quoque poemata dicit & versus, non satis perfectis, qui essent. Appellavit *schedium* Lucilius &c. Apulejus de Deo Socrat.

96. Varr. de L. L. lib. IV. Ubi nunc est Roma, septem montium demissior infimus locus. Infimus, humillimus, quod in mundo infima humus. Humor hinc itaque. Itaque Lucilius, *Terra abiit* &c.

97. Idem, ibid. lib. VI. In pluribus verbis A ante E alii ponunt, alii non : ut quod partim dicunt Sceptrum, partim Sceptrum ; alii Fænus, alii Fenus ; sic Fænicia & Fenicia ; a quo rustici Pappum Mæsum, non Mesum : a quo Lucilius scribit, *Cacilius* &c. Diomedes lib. II.

98. Idem, ibid. lib. IV. *Prætor* dictus, qui *præret* jure & exercitu.

99. Idem, ibid. lib. VI. Multa ab animalium vocibus translata in homines : partim quæ sunt aperta, partim obscura. Perspicua, ut Lucilii, *Quantum hinnitum* &c.

100. Festus : *Ratitum quadrantem* signavit Tarquinius rex. quem . . . & Opilius Aurelius dictum putant, quod in eo & triente ratis fuerit effigies, ut navis in asse. Unde Lucilius *quadrantem* quoque *ratitum* vocat. — Plura vid. ap. Varr. de L. L. lib. IV.

101. Cicero de Orat. lib. II. Plin. nat. Hist. lib. I. Epist. ad Vespas. Cicero de Fin. lib. I. Sed rescribe : *Persium non curo legere hæc* : *Lalium* &c.

102. A. Gellius lib. I, c. 3.

103. Caper de Orthograph. & Latin. verb. *Lactens*, qui lacte abundat.

104. Martianus Capella lib. III. Lucilius in dativo A & E conjungit.

105. Porphy. in Hor. lib. I, Sat. 3. Mænius fertur domo sua, quam ad forum habebat, divendita, unam columnam sibi ibi excepisse, unde gladiatores spectaret, quæ ab eo columna Mænia nominabatur, cujus & Lucilius sic meminit : *Mænius* &c.

106. Porphyr. in Hor. lib. I, Sat. 6. ad illud: *contra Lævinum Valeri genus*.

107. Acron in Hor. lib. II, Sat. 4. *Murex* genus est piscis.

108. Idem in Hor. lib. I; Sat. 6. ad illud: *adstat echinus vilis*. Echinus, ampulla scorteæ, juxta illud Lucilii, *Echinus chinaba* &c.

109. Idem in Hor. lib. I, Sat. 11 ad illa: *ut pueris olim dant crustula blandi Doctores*. Crustula placentas. Crustulâ quando in neutro genere dicimus, edulia significamus. — Comment. vet. in Juvenal. lib. III, Sat. 9. ad illud: *lambenti crustula seruo*. Crustula, species operis pistorii. Lucilius; *gustavi crustula* s. i. e. placentas.

110. Porphyr. in Hor. lib. I, Sat. 10. ad eum locum: *Canusini more bilinguis*.

111. Marius Victorinus lib. I. de syllabis.

112. Servius in X. Æn. ad illud: *Natis parce tuis*. Parce; secundum antiquos, serua, ut apud Lucilium &c.

113. Idem in XI. Æn. ad illa: *tum late ferreus hastis Horret ager* &c. Horret ager, terribilis est. Est autem versus Ennianus, vituperatus a Lucilio, dicente per irrisionem; debuisse eum dicere: *horret & alget*. Unde Horatius de Lucilio: *Non ridet versus Enni gravitate minores*.

114. Idem in lib. IV. Georg. ad illa Virg: *tonsisque ferunt mantilia villis*. Varro appellat *mantelia* s. *maniella*, quasi manuteria. Ceterum Plautus hujus singulare *mantellum* posuit in Captiv. — Lucilius autem *mantella* dixit: quæ Græci *μάδρα* vocant. — Jun. Philargyr. ibid. Porphyr. lib. II, Sat. 3. Hor: Mappas antiqui dicebant, quæ nunc *mantilia*.

115. Donat. in Eun. Act. II, Sc. 3. ad illum locum: *Ut illum Dii Deaque senium perdant*. Plus dixit *senium*, quam senem. Et senex ad ætatem refertur; *senium* ad convicium.

116. Idem in Andr. Act. V, Sc. 4. ad illa: *Metuo ut subftet hospes*.

117. Idem in Hecyr. Act. III, Sc. 4. ad illa: *Magnus, rubicundus, crispus*.

118. Idem in Adelph. Act. III, Sc. 2. ad illa: *vix sunt compos animi*. Aut *vix* tandem; aut *vix* non, ut Lucil. &c. Idem in Andr. Act. I, Sc. 2. ad illud: *carnifex quæ loquitur*. Idem in Eun. Act. III, Sc. 2. Idem, ibid. Act. IV, Sc. 3. ad illa: *quin insuper scelus*. Idem in Phorm. Act. II, Sc. 3.

*Perfius & Juvenalis.*

R

258 NOTÆ IN LUCILII RELIQUIAS

ad illud: *Ain' tandem carcer*. Non carcerarium, sed carcerem, asperius appellavit. sic Lucilius, *Carcer v. c. d. & vix pro non*.

119. Idem in Phorm. Act. I. Sc. 2. ad illud: *Accipe, hem. lectum est*.

120. Idem in Adolph. Act. II, Sc. 1. ad illa: *Ornatus esses ex tuis virtutibus*. Sic veteres per ironiam virtutes pro flagitiis dicebant.

121. Isidor. Orig. lib. I, c. 32.

122. Priscian. lib. II & VIII. *Auxiliatus* passive *bonndis*.

123. Servius P. Danielis. *Virus*, i. e. foetor.

124. Donat. in Andr. Act. IV, Sc. 2. ad illud: *Per me sterisse*. h. e. esse.

125. Idem in Eun. Act. IV, Sc. 4. ad illa: *Quem tu vero videre velles, Phœdria*.

126. Charif. lib. II. *Pedetentim*.

127. Idem lib. I. *Hæc ficus & hæ fici & has ficos facit*: genitivus enim singularis hujus *fici*, non hujus *ficus* est. Idem eod. lib. paulo post.

128. Idem lib. I. *Acceptor & accipiter*. Virgilius enim *accipiter* dixit, Lucilius autem *acceptor*.

129. Idem lib. I. *Gibber*, ut ait Verrius, ipsum vitium dicitur, ut tuber.

130. Idem, *ibid.*

131. Idem, *ibid.* *Plure* aut *minore emtum* antiqui dicebant.

132. Idem, *ibid.* vid. ad 127.

133. A. Gellius lib. II, c. 24.

134. Idem, *ibid.* & Macrob. Saturnal. lib. III, c. 17.

135. A. Gellius lib. IV, c. 16. Lucilius in dativo casu *anu* dicit: non *anui*.

136. Macrob. de different. & societ. Græci Latinique verbi: Similiter apud Latinos imperativus nascitur ab infinito abjecta ultima, *Cantare, Canta; Monere, mone*. — *Esse, es, & Ades & Prodes*.

137. A. Gellius lib. IX, c. 14. In casu autem dandi, qui purissime locuti sunt, non *faciei*, uti nunc dicitur, sed *facie* dixerunt.

138. Servius in VI. Æn. Virg. *Calas* dicebant majores nostri *fustes*, quos portabant servi sequentes dominum ad prælium, unde etiam *calones* dicebantur. Nam consuetudo mi-



Itis erat Romani, ut ipse sibi arma portaret, & vallum, quod dicebant *calam*. Sic Lucilius, *Scinde, puer* &c. i. e. o puer, frange fustes, & fac focum.

139. Idem in I. Æn. ad illa: *dependent lychni laquearibus aureis*. Isidor. Orig. lib. XV, c. 8.

140. Servius in Æn. I. *Quem vacat*. nam de uno loquebatur.

141. Idem in II. Georg. ad illa Virg. *Sunt & Aminæ vires* &c. De Lucilio tractum est, qui ait: *Χίοοτε* &c.

142. Idem in I. Æn. Sane dicimus & hic, & hæc, & hoc *penus*: sed in masculino & feminino genere quartæ est declinationis, in neutro tertiæ, quomodo pecus, pecoris.

143. Servius P. Danielis Aurelii.

144. Servius ejusdem.

145. Diomedes lib. I. in verbo *Nolo*.

146. Idem, *ibid.*

147. Fulgentius Planciades de prisco sermone: *Capularem* nominari volunt senem jam morti contiguum; quin & reos capulares dicebant, qui capulo digni fuerant.

148. Quinctilian. Inst. Orat. lib. IX, c. 4.

149. Aufonius Epigramm. 69.

150. Charifus lib. I.

151. Julius Capitolinus in vita Pertinacis.

152. Priscianus lib. VII. *Oleum Cassinas* neutrum pro *Cassinate* dixit.

153. Festus: *Carissam* apud Lucilium *vasfram* significat.

154. Servius in X. Æn. ad illum locum: — *meque hoc ita ponere sentis*.

155. Charifus lib. I. *Ix* terminata masculina & feminina & communia invenies, quorum genitivus *cis* exit, ut hic *Calix*, *calicis* &c. Excipitur hoc solum *Nix*, quod contra rationem *nivis* facit, licet veteres *ninguis* declinaverunt, e quibus est *Lucilius*.

156. Idem, *ibid.*

157. Idem, *ibid.*

158. Consultus Chirius Fortunatianus, Rhetor. lib. III.

159. Nonius.

160. Isidor. Orig. lib. XIX, c. 30. Primum ornamentum corona insigne victoriæ; sive regii honoris signum &c. Hæc a Lucilio *corolla*, ab Homero *στεφάνη* dicta est.

161. *Probus* in Catholicis nomen.

260 NOTÆ IN LUCILII RELIQUIAS

162. Glossarium: *Aquilum μέλαν, ὡς Λουκίλλιος.*  
 163. Idem: *Gulioca καρνοτόμια. Gullioca κάρνα μακρὰ παρὰ Λουκιλλίω.*  
 178. Juvenal. lib. I, Sat. 1.  
 179. Cicero ad Attic. lib. VI, Ep. 3. Idem lib. II, Ep. 8  
 180. Idem ad Attic. lib. I, Ep. 1.  
 181. Idem ad Attic. lib. II, Ep. 18.  
 182. Idem de offic. lib. I. & in II, adverf. M. Antonium  
 183. Idem ad Attic. lib. XIII, Ep. 21.  
 184. Varro lib. VI. de L. L. *Clepfere* dixit, unde etiam alii *clepere*, i. e. *sorripere*; quorum origo a *clam*, ut sit dictum *clapere*, & ex e, a commutato, ut multa, est factum *clpere*. Potest & a Græco dictum, κλέπτειν.  
 185. Idem lib. IV. de L. L.  
 186. Nonius: *Fruftatim*, & *fruftillatim* per frufta, ut minutatim.  
 187. Festus: *Oufentina tribus* initio caufa fuit nomen fluminis *Oufens*, quod est in agro Privernate, inter mare & Terraoinam &c.  
 188. Ifidor. Orig. lib. I, c. 35.  
 189. Nic. Perottus in Martial. epigr. 116. in Fescenniam.  
 190. Hieron. Columna in Explicat. fragment. Ennii.  
 191. Cicero ad Attic. lib. IV, Ep. 7.  
 192. Idem ad Attic. lib. XII, Ep. 3.  
 193. Idem ad Attic. lib. XIII, Ep. 49.

IN RELIQUIAS EX SATIRARUM L. I.

1. Servius in IX. Æn. ad illum verfum: *Confilium fummis regni de rebus habebant.* Lucilii verfus est uno tantum sermone mutato.  
 2. Jul. Rufinianus de figg. sentent. & elocut.  
 3. Lactantius lib. IV, c. 3. Div. Inf. — itaque & Jupiter a precantibus *Pater* vocatur, & Saturnus, & Janus, & Liber, & ceteri, deinceps, quod Lucilius in Deorum Concilio irridet.  
 4. Cic. de Nat. Deor. lib. I.  
 5. Charif. lib. II. *Amplius.*  
 6. Donatus in Eun. Act. IV, Sc. 5. ad illa: *Jamdudum*

*etatem lites sunt inter eos facta maxima.* Nonius: *Scelerosi pro scelerati.*

7. Nonius: *Pausa* est quies alicujus rei.

8. Lactant. lib. V, c. 15. Div. Inst.

9. Diomedes lib. III, c. 6. Alii dictam putant Satiram a lege Satira, quæ uno rogatu multa simul comprehendat &c. cujus legis Lucilius meminit in primo.

10. Charif. lib. II. *Satis* diverse accipitur *ἐπὶ τῷ παρ.*

11. Nonius: Accusativus positus pro ablativo.

12. Idem: *Protollere* est differre.

13. A. Gellius lib. X, c. 20. Nonius: *Priva* significat singula.

14. Nonius: Ablativus pro genitivo.

15. Idem: *Contendere* significat comparare.

16. Auctor Rhetoricæ ad Herennium lib. IV. De ornamentis:

17. Veteres Glossæ in Perf. Sat. 1. ad illum versum: *Quis legat hæc? min' tu* &c. Hunc versum de Lucilii primo transtulit.

18. Nonius: *Gangræna* est cancer.

19. Idem: Vultus & facies hoc distant: *vultus* est voluntas, quæ pro motu animi in facie ostenditur; *facies* ipsa oris species.

20. Idem.

21. Idem: *Tunica* est vestimentum sine manicis.

22. Idem: *Amphitapæ* vestes dicuntur utrinque habentes villos. — Isidor. Orig. lib. XIX, c. 26. *Simpla* tapeta ex una parte villosa, quasi simpla. *Amphitapæ* ex utraque parte villosa tapeta.

23. Nonius: *Irritare* dictum est proprie provocare: tractum a canibus, qui, cum provocantur, irriunt. — Donatus in Adelph. Ter. Act. II, Sc. 4. ad illa: *ne si magis irritatus fiet Aliqua hoc ad patrem permanet.* Charif. lib. I.

24. Donat. in Andr. Ter. Act. V, Sc. 4. ad illud: *Nodum in scirpo quaris.*

25. Nonius: *Meret* humillimum & sordidissimum quæstum capit.

26. Idem: *Mira* & *miracula* veteres pro monstris & horrendis ponebant.

27. Charif. lib. I.

28. Idem, *ibid.*

## IN RELIQUIAS EX SAT. L. II.

1. Nonius: *Capulum* dicitur, quidquid aliquam rem intra se capit.
2. Idem: *Catax* dicitur, quem nunc Coxonem vocant.
3. Priscian. lib. IX. Ab occido *occasus*, pro *ὀδυνας*.
4. Nonius: *Elidere* excludere significat.
5. Idem: *Exsculpere* est extorquere.
6. Idem: *Excantare* significat excludere.
7. Idem: Illex & *exlex* est, qui sine lege vivit.
8. Donat. in Andr. Act. V, Sc. 6. ad illud: *Tuus est nunc Chremes*.
9. Nonius: *Natrices* dicuntur angues natantes.
10. Idem: *Cinædi* dicti sunt apud veteres saltatores, vel pantomimi, ἀπὸ τοῦ κινεῖν τὸ σῶμα.
11. Idem: *Caballus*. Idem: *Succussare* est fursum frequenter excutere.
12. Idem: *Impune* quod est impudenter. Idem: *Rapinatores*, pro raptoribus.
13. Idem: *Ricinum*.
14. Idem: *Conjicere*, furari, auferre.
15. Donat. in Phorm. Act. I, Sc. 2. ad illud: *Qui illum Dii omnes perdiunt*.
16. Nonius: *Circumferre* est proprie lustrare.
17. Idem: *Vulga* capacitas, vel sinus cum laxitate.
18. Idem: *Monogrammi* dicti sunt homines macie pertenuis ac decolores: tractum a pictura, quæ prius, quam coloribus incorporatur, umbra fingitur.
19. Charif. lib. I. Lucilius in II *greges* feminino genere dixit.
20. Idem, ibid.
21. Nonius: *Lustrare*, expiare.
22. Festus: *Noctibucam* Lucilius cum dixit, obscænum significat.

## IN RELIQUIAS EX SAT. LIB. III.

1. Nonius: *Commodum*, integrum, totum.
2. A. Gellius lib. I, c. 16. *Mille* numero singulari dictum est &c. Macrobi. Saturnal. lib. I, c. 5.
3. Festus: *Minorem Delum* Puteolos esse dixerunt, quod

Delus aliquando maximum emporium fuerit totius orbis terrarum, cui successit postea Puteolanum, quod municipium Græcum ante *Dicaarchia* vocatum est.

4. Porphyr. in Hor. lib. I, Sat. 6.
5. Charif. lib. II. *Longe pro præcipue, maxime.*
6. A. Gellius lib. XVI, c. 9.
7. Nonius: Ab eo, quod est *labos*, *labosum* facit, non laboriosum.
8. Festus: *Quartarios* appellabant antiqui muliones mercenarios, quod quartam partem quæstus capiebant.
9. Porphyr. in Hor. lib. I, Sat. 6. ad illum versum: *Mantica cui lumbos &c. Mantica* pera est.
10. Servius P. Danielis Aurelii.
11. Probus in IV. Georg. Virg. ad illa: *Est lucos Silari circa &c.*
12. Servius P. Danielis.
13. Probus de vita Virgiliti & Bucolici carminis ratione.
14. Nonius: *Carchesia* alias summa pars mali. Item foramina, quæ summo mali funes recipiunt.
15. Idem: *Gruma* sunt loca media, in quæ directæ quatuor congregantur, & conveniunt viæ. Est autem *gruma* menfura quædam, qua flexæ viæ ad lineam diriguntur, ut est agrimensorum & talium.
16. Idem: *Sumere* etiam significat eligere.
17. Idem: *Ostrea* generis feminini.
18. Charif. lib. I.
19. Diomedes lib. I. *Expergor*, *expergitus*. Sed is *expergitus* dicitur, qui excitatus a somno sponte vigilat. — Priscianus lib. X. *Expergitus* secundum vetustissimos ab *expergiscor*.
20. Nonius: *Cernuus* dicitur proprie inclinatus, quasi quod terram cernat.
21. Idem: *Bronci* sunt producto ore, & dentibus prominentibus. — Priscianus lib. VI. *Æthiopus* pro *Æthiops*.
22. Donat. in Phorm. Act. I, Sc. 3. ad illud: *amore abundans Antipho*. Vetus Comment. in Juvenal. lib. I, Sat. 3. ad illum locum: *inter Pinnirapi cultos juvenes*.
23. Nonius: *Forus* generis masculini. Charif. lib. I.
24. Nonius: *Deponere* est desperare, unde & *depositi* desperati dicuntur. Idem: *Exspirare* dictum est, vel ab spiritu effuso, vel a spiraminibus.

25. Idem: *Stricturæ* dicuntur proprie scintillæ, quæ de ferro ferventi exeunt, quod aut stricte emittantur, i. e. celeriter, aut oculos sui fulgore præstinguant.

26. Idem.

27. Priscianus: *Adoriri*.

28. Nonius. vid. ad v. 7. Idem: *Nefantia* pro nefanda.

29. Idem: *Sententia* sensibilitas. Isidor. Orig. lib. I, c. 15. Idem lib. XX, c. 6. Veteres Glossæ in Perf. Sat. V. *Cenophorum* vas vinum ferens.

30. Nonius: *Incitas* dicitur egestas.

31. Idem. *Ructus* a ructando dictus.

32. Idem: *Rictum* ferarum dici volunt, cum Lucilius etiam auctor sit hominis dici debere.

33. Priscian. lib. VI. *Caupona* feminini generis a *caupo*. ut a leo læna.

34. Charif. lib. I. *Ligna* pluraliter dicitur.

35. Servius P. Danielis.

36. Charif. lib. II.

#### IN RELIQUIAS EX SAT. LIB. IV.

1. Cicero lib. II. de Fin.

2. A. Gellius lib. IV, c. 16. Lucilius in dativo casu *victu* dicit, non *victui*.

3. Nonius: *Lurcare* est cum aviditate cibum fumere.

4. Macrob. Saturnal. lib. III, c. 16. Sed & Lucilius, acer & violentus poeta, ostendit scire se hunc piscem egregii faporis, qui inter duos pontes captus esset; eumque quasi ligurritorem *catillonem* appellat. Scilicet qui proxime ripas itercus infectaretur. Proprie autem *catillones* dicebantur, qui ad polluctum Herculis ultimi cum venirent, catillos ligurribant.

5. Nonius: *Præcisum* & *omasum* partes carnis & viscerum.

6. Varro de L. L. lib. VI. Piscium nomina sunt, eorumque in Græcia origo.

7. Cic. de Fin. lib. II.

8. Idem ad Attic. lib. XIII, Ep. 50. & de Fin. lib. II.

9. Donat. in Phorm. Act. V, Sc. 6. ad illud: *Pugnos in ventremingere*. — An ventrem totum parasitum dicit? ut

Lucilius &c. Nonius: *Lurcones* dicti sunt a lurcando. *Lurcare* est cum aviditate cibum fumere.

10. Nonius: *Spurcum*, sævum, vel sanguinarium. Idem: *Componere* rursus significat comparare. Cic. de optimo gen. orat. Idem Tufcul. Quæst. lib. II. Idem in Oratore. Quintilian. Inst. orat. lib. IX, c. 4.

11. Cicero Tufcul. Quæst. lib. IV.

12. Idem de Oratore lib. III.

13. Nonius: *Sumen* proprie a fugendo dictum. Nam & mulieris mammam *sumen* veteres dicebant.

14. Idem.

15. Idem: *Commanducatur*. Idem: *comest* pro comedit.

16. Idem: *Genu* masculini generis. Festus: *Verticutas* cum dixit Lucilius, articulos intelligi voluit.

17. Servius P. Danielis.

18. Nonius: *Partiret* pro partiretur.

19. Idem: *Vestis* generis masculini.

20. Idem: *Grues* genere feminino.

21. Idem: *Catuli* non solum canum diminutive, verum omnium animalium appellantur.

22. Festus: *Puelli* per diminutionem a pueris dicti sunt.

Nonius: *Puellos*, pueros. Priscian. lib. VI. *Puellus* & puella.

23. Nonius: *Fulmenta* feminino genere.

24. Servius P. Danielis.

25. Priscian. lib. X. Vetusissimi *Edo*, *edis*, *edis*, dicebant, correpta prima syllaba.

26. Idem lib. IX. *Turgeo*.

#### IN RELIQUIAS EX SAT. LIB. V.

1. A. Gellius lib. XVIII, c. 8.

2. Nonius: *Mulum* & *fatis* distant; quod *mulum* infinitum est, *fatis* finitum. Avaris illud, hoc parce se continentibus, applicandum est.

3. Idem: *Dare*, petere. Idem: *Primitus* pro primo.

4. Idem: *Sententia*, sensibilitas.

5. Idem: *Minutim* pro minute.

6. Idem: *Crepera* res proprie dicitur dubia.

7. Priscian. lib. I & IX. A *netto*, *nexui* protulerunt plerique. Quidam tamen etiam *nexi* &c.

266 NOTÆ IN LUCILII RELIQUIAS

8. Nonius: *Lupari* (sic enim Scal. pro *superbis*) ut *scorari*, vel *prostitui*.
9. Idem: *Æquales* sunt similes & ex æquo.
10. Idem: *Rostrum* hominis dici non debere consuetudo præsumit.
11. Idem: Accusativus positus pro ablativo.
12. Idem: *Cepe* feminini generis. Priscian. lib. VI.
13. Nonius: *Intybus* generis masculini. Charif. lib. I.
14. Nonius: *Cepe* generis neutri.
15. Idem: *Mistarium* quo miscemus.
16. Idem: *Maflare*, magis augere.
17. Priscianus. *Potior*.
18. Nonius: *Pecus* non solum quadrupes animal, verum omnia animalia *pecudes* vocantur.
19. Idem: *Cernere* rursus disponere.
20. Macrob. lib. VI, c. 1. Saturnal. ad illud Virg. *Dicit, Pierides, non omnia possumus omnes*.
21. Nonius: *Catapulta*, jaculum celer, vel sagitta.
22. Idem: *Prodere*, differre vel excludere. Donat. in Andr. Act. II, Sc. 2. ad illud Ter. *Ut aliquot saltem nuptiis prodas dies. Prodat, proferat, prolatet*.
23. Priscian. lib. III. Hoc *scutum*, vel hæc *scuta*, i. e. forma rotunda *scutula* & *scutella*.
24. Nonius: *Stat* etiam plenum est dicitur. A. Gellius lib. VIII, c. 4.
25. Porphy. in Hor. Sat. 2, lib. I. ad illum versum: *Hæc ubi supposuit dextro corpus mihi lævum*.
26. Charif. lib. I.
27. Servius P. *Danielia*.

IN RELIQUIAS EX SAT. LIB. VI.

1. Nonius: *Bulga*, est folliculus omnis, quam & *crumenam* veteres appellarunt: & est sacculus ad brachium pendens.
2. Idem: *Protelare*, rursus adjuvare.
3. Idem: *Quiritare* est clamare; tractum ab iis, qui *Quirites* invocant. Varro lib. VI. de L. L.
4. Nonius: *Facul* pro *faciliter*. huic est contrarium *difficulter*.
5. Idem: *Abstemijs*, qui vino abstinet.



6. Idem: *Elevit*, maculavit.
7. Idem: *Dominus* rufus appellatur convivii exhibitor. unde & *domini ad conviviam*.
8. Idem.
9. Idem: *Prodigitas* dicta profusio.
10. Idem: *Macellum*, dictum pro macilentum, Lucilius probat.
11. Idem: Ablativus pro genitivo.
12. Idem: Genitivus pro ablativo.
13. Idem: *Tenta* dictum pro extensa.
14. Idem: *Amphitapa* vestes dicuntur utrinque habentes villos.
15. Idem: *Zonatum* per gyrum.
16. Idem: *Latrina* genere fem. & est *lavatrina*, quod nunc balneum dicitur.
17. Idem: *Musimones* asini, muli, aut equi breviores.
18. Idem: *Innubere* positum pro transire, quod hæ, quæ nubunt, ad domos maritorum transeant.
19. Idem: *Porcere*, prohibere sæpius legimus.
20. Idem: *Jubere* est velle.
21. Donat. in Andr. Act. III, Sc. 2. ad illa: *Quod jussi dare bibere*.
22. Porphy. in Hor. lib. I, Sat. 3. ad illud: *Sardus habebat Ille Tigellius hoc*. Annotandum *Sardum* & *Sardinensem* dici posse.

## IN RELIQUIAS EX SAT. LIB. VII.

1. Nonius: *Samium* acutum. unde & *samiare* dicimus acuere, quod in Samo hoc genus artis polleat.
2. Idem: *Virosa* mulieres, dicuntur virorum appetentes.
3. A. Gellius lib. IX, c. 14.
4. Nonius: *Capronæ* dicuntur comæ, quæ ante frõtem sunt, quasi a capite pronæ.
5. Porphy. in Hor. Sat. 5, lib. I. ad illum versum: *Mansuri oppidulo*, quod versu dicere non est.
6. Nonius: *Desquamat*, squamis exspoliatur.
7. Idem: *Contendere* significat comparare.
8. Idem: *Rorarii* appellantur milites, qui ante, quam congressæ essent acies, primo non multis jaculis inibant

proelium : tractum , quod ante maximas pluvias cœlum rorare incipiat.

9. Idem : *Fulgit* pro fulget.

10. Idem : *Simat* , deprimit.

11. Idem : *Evannetur* dictum est ventiletur , vel moveatur , a *vanno* , in qua legumina ventilantur.

12. Idem : *Sagæ* mulieres dicuntur feminæ ad libidinem virorum indagatrices. unde & *sagacês* canes dicuntur ferarum & animalium quæsitores.

13. Idem : *Nobilis* dicitur & notus.

14. Idem : *Caries* est vetustas , vel putrilagó.

15. Idem : *Nasum* genere neutro.

16. Idem : Genitivus casus positus pro accusativo.

17. Idem : *Segetem* etiam ipsam terram dicimus.

18. Idem : *Collus* masculini generis.

19. Idem : *Catuli*.

20. Idem : *Muginari* , murmurare. *Mokri* , retinere , morari , ac repigrare.

21. Idem : Etiam humanam vocem nonnulli *gannitum* vocaverunt.

#### IN RELIQUIAS EX SAT. LIB. VIII.

1. Nonius : *Priores* & *primores* hanc habent diversitatem. *Priores* enim comparativi sunt gradus ; *primores* summæ quæque res.

2. Idem : *Fingere* est jungere. *Componere* est conjungere.

3. Idem : *Cercurus* navis est Asiatica prægrandis.

4. Idem : *Gracila* pro gracilis.

5. Idem : Genitivus positus pro ablativo.

6. Idem : *Componere*.

7. Idem : *Tolutim* dicitur quasi volutim & volubiliter.

8. Priscian. lib. X. *Sallere* non est a *salio* , sed *fallo*.

9. Nonius : *Pareclati* hi , qui de pueritia veniunt ad pubertatem , a Græco vocabulum sumunt.

10. Idem : *Colustra* lac novum in mammis.

11. Idem : *Posticum* neutro genere.

12. Rorphyr. in Hor. lib. I, Sat. 2. ad illa : *Huic si mutonis verbis mala tanta videntis*. Mutonem pro virili membro dixit , Lucilium imitatus.

13. Priscian. lib. III. *Panus*, a quo panula, vel panicula.  
 Charif. lib. I. Nonius: *Panus*, tramæ involucrum.  
 14. Nonius: *Flaccet*, languet, deficit.  
 15. Idem: *Præcox* & *præcoqua*; quod est immatura.  
 16. Idem: *Gigeria* intestina gallinarum cum his & ita  
 cocta.  
 17. Priscian. lib. VIII.  
 18. Nonius: *Buas* potionem positam parvulorum. Lucii-  
 ius lib. VIII, cum vinolentas diceret, *vinibuas* designavit.

## IN RELIQUIAS EX SAT. LIB. IX.

1. Q. Ter. Scaurus de Orthographia.  
 2. Velius Longus de Orthographia.  
 4. Idem, ibid.  
 5. Idem: *Abbite*.  
 6. Quintilian. lib. I, c. 7. Velius Longus de Orthogr.  
 Q. Ter. Scaurus de Orthogr.  
 7. Charif. lib. I.  
 8. Velius Longus.  
 9. Idem.  
 10. Varro de L. L. lib. VI. Profectum a verbo *ambis*, quod  
 est in *ambitu* & *ambitioso*.  
 11. Servius in IV. Georg. Virg. Junius Philarg. ibid.  
 12. Charif. lib. I. *Intro* est in locum, *intus* in loco dicimus:  
 ut etiam apud Græcos *ἔσω, εἰσω, καὶ ἐνδόν*.  
 13. Macrobi. Saturnal. lib. VI, c. 4.  
 14. Quintilian. lib. I, c. 10. Probus de Verbo. Nonius:  
*Fervit* pro *fervet*. Priscian. lib. IX.  
 15. Nonius: Ab eo quod est *fervit*, breviato accentu *fer-  
 vere* facit.  
 16. Nonius: *Poesis* & *poema* hanc habent distantiam.  
*Poesis* est textus scriptorum: *poema* inventio parva, quæ  
 paucis verbis expeditur.  
 17. Idem: *Ranices* dicuntur pulmones, vel herniæ.  
 18. Idem: *Rostrum* hominis dici.  
 19. Idem: *Acerosum*, & *aceratum* utrumque nove posi-  
 tum, sed distante proprietate signatum. *Acerosum* namque  
 panem farre minus purgato, nec fordibus a candido sepa-

## 270 NOTÆ IN LUCILII RELIQUIAS

rato dicendum veteres putaverunt. *Aceratum* vero est lutum paleis mixtum, ut laterarii usus est.

20. Idem: Genitivus positus pro ablativo.

21. Idem: *Ostrea* generis neutri.

22. Idem: *Rurum* dictum a radendo.

23. Idem: *Discere* est ignotam rem meditando assequi.

24. Idem: *Passum*, est proprie rugosum vel ficcum.

25. A. Gellius lib. I, c. 16. *Uno milli nummum*, pro unis mille nummis. Macrobius lib. I, c. 5. Saturn.

26. Priscian. lib. X. *Scabo*, *scabi*.

27. Idem lib. VI. *Capis*, *capidis*, unde diminutivum *capidula*, vasis genus pontificale. Lucilius IX. *Hinc ancilia* &c. Et vide, quod magis Græcum esse ostenditur, cum in *as* protulit accusativum pluralem.

28. *Festus*: *Redamtruarere* dicitur in Saliorum exultationibus, cum *Præsul amtruvavit*, quod est, motus edidit, & referuntur invicem iidem motus. Nonius: *Redamtruarere*, redire.

29. Charif. lib. I.

30. Porphyrius lib. I, Sat. 9. ad illud Hor. *sic me servavit Apollo*.

### IN RELIQUIAS EX SAT. LIB. X.

1. Nonius: *Sumere* etiam significat eligere.

2. Idem: *Rorarii*. vid. ad VII, 8.

3. Idem: *Desubito*, pro subito.

4. Idem: *Aptum*, connexum & colligatum significat.

5. Idem: *Firmiter*, pro firme.

6. Idem: *Pigror* generis masculini.

7. Donat. in Andr. Act. II, Sc. 1. ad illud Ter. *Nae iste haud mecum sentit*.

8. Nonius: *Confidentia* rursus temeritas, audacia.

### IN RELIQUIAS EX SAT. LIB. XI.

1. Nonius: *Famosum*, infamem.

2. Idem: *Damnare* est exheredare.

3. Idem: *Tricones*, morosi & ad reddendum duri. *Lusum*, facile.

4. Idem: *Spurcum*, etiam foetidum.

5. A. Gellius lib. IV, c. 17.
6. Idem, ibid.
7. Nonius: *Fulgere* pro fulgère. *Torques* gen. mascul.
8. Idem: *Rudus*, stercus quod raditur.
9. Idem: *Meret*, militat.
10. Priscian. lib. VI. Non est tamen ignorandum, quod etiam hic *puerus*, hic & hæc *puer*, vetustissimi protulisse inveniuntur, & *puellus* & *puella*.
11. Nonius: *Trica* sunt impedimenta & implicationes, & *intricare*, impedire, morari: dictæ quasi tericæ, quod pullos gallinaceos involvant & impediunt capilli pedibus implicati.
12. Charif. lib. II. *Mu facere*, pro mutire.
13. A. Gellius lib. XI, c. 7. Tergiversatorem *bovinatorem* dicit. Nonius: *bovinatores*, quos nunc malitiosos & tergiversatores dicimus.
14. Nonius: *Evannetur* dictum est ventiletur, vel moveatur, a vanno, in qua legumina ventilantur.
15. Idem: *Tenta*, dictum pro extensa.
16. Idem: *Latrina* gen. fem. & est *lavatrina*, quod nunc balneum dicitur.

## IN RELIQUIAS EX SAT. LIB. XII.

1. Nonius: *Publicitus*, pro publice.
2. Idem: *Protelare* rursus, adjuvare.
3. Idem: *Firmiter* pro firme.
4. Idem: *Petilum*, tenue & exile.
5. Diomedes lib. I. *Decollo*, *decollavi*. hoc verbum apud veteres decipio significat.
6. Priscian. lib. VIII. *Sensio* neutrum: ex eo *assentio* & *assentior*, *dissentio* & *dissentior*, in una eademque inveniuntur significatione.

## IN RELIQUIAS EX SAT. LIB. XIII.

1. Nonius: *Fors* & *Fortuna* hoc distant. *Fors* est casus temporalis; *Fortuna* Dea.
2. Idem, ibid.
3. Idem: *Ostrea* generis neutri.

4. Idem: *Cernere*, rursum disponere.
5. Idem: *Dominus* appellatur convivii exhibitor: unde & *Dominia* convivia.
6. Idem: *Pasceolus*, ex aluta sacculus.
7. Idem: Veterum memorabilis scientia *paucorum* numerum pro bonis ponebat: *multos* contra malos appellabat.

## IN RELIQUIAS EX SAT. LIB. XIV.

1. Nonius: *Viscus*, positum pro viscere. *Largi*, pro largire.
2. Idem: *Antiquus* & *antiquior*, ut gradu, ita & intellectu distant. Nam *antiquum* significat vetus; *antiquior* melior.
3. Idem: *Nebulones* & tenebriones dicti sunt, quia mendaciis & astutiis suis nebulam quandam & tenebras objiciant: aut quibus ad fugam fugitivis & furta, hæc erant accommodata & utilia.
4. Priscian. lib. VI. *Hilum* pro ullum vetustissimi proferebant:
5. Nonius. of. supra ad Lib. XIII, 7. Repone autem: *Nam paucis malle ac sapient.*
6. Macrobr. lib. VI, c. 4. Saturn. ad illud. Virg. lib. IV. *Æn. nec Teucris addita Juno Usquam aberit.* i. e. affixa, & per hoc infesta. hoc jam dixerat Lucilius &c. Servius in eundem Virg. locum: *Addita*, i. e. inimica: est autem verbum Lucilii & antiquorum.
7. Priscian. lib. X. *Lacesso*, *laccessivi*. sic Probus, & videtur mihi melius dicere *laccessivi*, quam *laccessi*. Participium enim passivum *laccessitus*. Caper tamen *laccessi* dicit esse, ut *faceffi*, & profert exemplum Lucilii &c.
8. Nonius: *Cercurus*, navis est Asiatica prægrandis.
9. Idem: *Ampliter*. Priscian. lib. XV. *Ampliter* pro ample.
10. Nonius: *Epulum* generis neutri est. Feminini Lucilii Sat. lib. XIV. *Idem epulo* &c. Qui versus utrumque designat.
11. Idem: *Samium*, est testeum.
12. Idem: *Projecta* exta, quæ aris dantur ex fibris pecudum dissecta, gen. fem.
13. Idem: *Manducatur*, pro manducat.
14. Idem: *Vulgus* neutro genere dici putat Lucilius.
15. Idem: *Gradarius* est molli gradu, & sine succsfatura nitens.
16. Idem: Pro, quo utare libenter.

17. Donat. in Phorm. Ter. Act. I, Sc. 4. ad illud: *Tunc temporis punctum mihi ad hanc rem est.* Punctum, pro momentum.

18. Charif. lib. I. *Cafeus* masc. generis est.

19. Nonius: *Palumbi*, masculinæ. Charif. lib. I. *Palumbæ* Virgilius fem. genere dixit: sed Lucilius masculinæ, *maerosque palumbos*.

## IN RELIQUIAS EX SAT. LIB. XV.

1. Nonius: *Corbita* est genus navigii tardum & grande.

2. A. Gellius lib. I, c. 16. Macrobius lib. I, c. 5. Nonius: *Succussare* est sursum frequenter excutere.

3. Nonius: *Medimnus* generis masc.

4. Idem: *Senium* est tædium & odium, dictum a senectute, quod senes omnibus odio sint & tædio.

5. Idem: *Palka* est honestæ mulieris vestimentum, h. e. tunicæ pallium.

6. Idem: *Penula* est vestis, quam supra tunicam accipimus.

7. Idem: *Sacrum* etiam scelestum & detestabile, ita & consecratum.

8. Idem: *Ergastulum* & *ergastulus*, ut genere, ita & intellectibus differunt. Nam neutro, *carceris* locus est; masculino, custos pœnalis loci.

9. Idem, ibid.

10. Idem: *Meret*, militat.

11. Idem: *Cerebrofi* dicuntur ad infantiam faciles, quibus frequenter cerebrum moveatur.

12. Idem: *Tunica* est vestimentum sine manicis.

13. Idem: *Postomis* dicitur ferrum, quod ad cohibendam equorum tenaciam naribus, vel morsui imponitur, Græce ἀπὸ τοῦ στόματος.

14. Idem: *Holerorum*, pro holerum.

15. A. Gellius lib. IV, c. 17.

16. Idem lib. IX, c. 14. Sic autem dies, dii, a veteribus declinatum, ut *fames*, *fami*.

17. Nonius: *Inuncare*, quasi unco invadere & arripere.

18. Charif. lib. I. Alicam sine aspiratione dictam Verrius tradit, & sic multi dixerunt: nisi quod Lucilius in XV & cum aspiratione dixit.

*Persius & Juvenalis.*

S

## IN RELIQUIAS EX SAT. LIB. XVI.

1. Nonius: *Aptum*, rursus connexum & colligatum significat.
2. Idem: *Cubitum*, neutri generis.
3. Idem: *Demagis*, valde magis.
4. A. Gellius lib. IV, c. 1. *Fenus* quoque variis generibus dictum & varie declinatum est. nam & *hoc penus* & *hæc penus*, & *hujus penis* & *peneris*, & *peniteris*, & *penoris*, veteres dicitaverunt. *mundum* quoque *muliebrem* Lucilius in Sat. XVI non virili genere, ut ceteri, sed neutro appellavit &c. Idem paulo post.
5. Priscian. lib. III.
6. Nonius: *Horrendum* & *horridum* habent plurimam diversitatem. Est enim *horrendum* tætrum & vitabile; *horridum* plerumque exstans, & prominens, & incultum.
7. Idem: *Ignaviter*, pro ignave. Priscian. lib. XV.
8. Nonius: *Publicitus*, pro publice.
9. Idem: *Cepe* generis neutri.
10. Charif. lib. I. *Pistrinum* neutraliter dicitur. sed Lucilius in XVI feminine extulit &c. Varro lib IV. de L. L.

## IN RELIQUIAS EX SAT. LIB. XVII.

1. Nonius: *Compernes* dicuntur longis pedibus. Idem: *Vari* dicuntur obtortis plantis.
2. Idem: *Proprium* significat rursus perpetuum.
3. Idem: *Mediastinos* non solum balnearum, sed ædium quoque ministros & curatores legimus. Idem: *Commanducatur*. Idem: *Incitas* dicitur egestas.
4. Priscian. lib. IX.
5. Nonius: *Calvitur* dictum est frustratur; dictum a *calvis* mimis, quod sint omnibus frustratui.
6. Idem: *Laverna* Dea, cui supplicant Fures.
7. Macrobius lib. VI, c. 1. ad illud Virg. *magna ossa, lacertosque*.

## IN RELIQUIAS EX SAT. LIB. XVIII.

1. Nonius: *Cadi* vasa, quibus vina conduntur.
2. Idem: *Mulum* & *fatis* eo distant, quod *multum* infinitum est, *fatis* finitum: avaris illud, hoc parce se continentibus applicandum.
3. Porphyrius in Sat. 3, lib. I. ad illud Hor. *Sincerum cupis*



*mus vas incrustare. Vas incrustari dicitur, cum aliquo vitioso succo illinitur atque inquinatur.*

4. Nonius: *Frunisci*, pro frui.

## IN RELIQUIAS EX SAT. LIB. XIX.

1. Nonius: *Olim* temporis futuri.
2. Idem: *Optare*, eligere.
3. Idem: *Infantes* a non fando dicti.
4. Idem: *Singulatim & singillatim* a singulis.
5. Idem: *Sumere* etiam significat eligere.
6. Idem: *Peniculamentum* a veteribus pars vestis dicitur.
7. Idem: *Spargere*, madefacere.
8. Priscian. lib. X. *Raufi*, *raufum*.
9. Charif. lib. I.
10. Idem, ibid.

## IN RELIQUIAS EX SAT. LIB. XX.

1. Lactantius lib. I, c. 22. Nonius.
2. A. Gellius lib. III, c. 14.
3. Nonius: *Mictilis*, paupercula pulmentaria. Idem: *In-tybus* generis masc.
4. Idem: *Priores & primores* hanc habent diversitatem. *Priores* enim comparativi sunt gradus; *primores* summæ quæque res.
5. Idem: *Colubra* generis feminini.
6. Idem: *Illuvies*, fœdes. *Petigo*, genus morbi.
7. Idem. vid. ad lib. XIV, 3.
8. Idem: *Parettati* hi, qui de pueritia veniunt ad pubertatem; a Græco vocabulum sumtum.
9. Priscian. lib. IX. *Terfi* a tergeo.
10. Marius Victorinus lib. I de versu. Nonius: *Gubernia* pro gubernacula.

## IN RELIQUIAS EX SAT. LIB. XXII.

1. Nonius: *Præfica* dicebantur apud veteres, quæ adhiberi solent funeri mercede conductæ, ut & flerent, & fortia facta laudarent.
2. Donat. in Phorm. Act. I, Sc. 5. ad illud Ter. *Columen vero familia. Columen* culmen, an *columen* columna. Unde *Columella* apud veteres dicti servi majoris domus &c.
3. Nonius: *Labia* rursus feminini generis.
4. Idem: *Nasum*, neutri generis.

## 276 NOTÆ IN LUCILII RELIQUIAS

### IN RELIQUIAS EX SAT. LIB. XXIII.

1. Nonius: *Cupiditas & cupido* diversa sunt. nam *cupi-  
tas* levior est.
2. Priscian. lib. X. *Lambo, lambi.*
3. Glossarium Fornerii: *Tongere eideiv.*
4. Charif. lib. I. *Calx* masculino genere dixit.

### IN RELIQUIAS EX SAT. LIB. XXV.

1. Festus: *Gallum bibere, ac rugas conducere ventri, cum ait Lucilius, præmonet, parsimonia esse utendum, neque gulæ indulgendum ventremque coarctandum.* — Nonius: *Acerosum* panem farre minus purgato, nec fordibus a candido separato dicendum veteres putaverunt.

2. Nonius: *De, pro ab.*

3. Idem: *Evadere* est liberari.

4. Charif. lib. I. *Arabis, Maro, Hyrcanisve Arabisve parant:* ubi Plinius, ES numero plurali finita nominativa BUS recipiunt, idque commentatores jubent. Quid ergo, si sic declinavit, ut Plautus in *Bacchidibus, Arabus,* & in *Pœnulo, Myrrhinus odor Arabus.* Lucilius XXV, *Arabus artemo.* Denique & C. Cassius in epistola, quam de *Dolabella* scripsit, *Arabi* mirifico animo erga nos fuerunt, inquit.

### IN RELIQUIAS EX SAT. LIB. XXVI.

1. Nonius: *Offerre, invenire. Producere, instituerè.*

2. Idem: *Clandestino* est abscondite.

3. Idem: *Rogare, poscere.*

4. Idem: *Versipelles* dicti sunt quolibet genere se commutantes.

5. Idem: *Summum & extremum. Invidiosum, quod sit vitabile ad videndum.*

6. Idem: *Scripturarios, quos nunc tabellarios dicimus, dici volunt veteres, quod scripturis & commentariis omnia vel urbium, vel provinciarum complectuntur. Idem: Mutare, aliud pro alio accipere.*

7. Idem: *Bellum & prælium* hoc differunt, quod *prælia* partes sunt belli, h. e. in bello congressiones.

8. Idem: *Depeculassere, ac deargentassere, & decalanicare.*

9. Idem: *Jacit, facit. Actum, admotum. Appellere, applicare.*

10. Idem : *Eluviem*, purgationem. Idem : *Exspirare* dictum est, vel ab spiritu effuso, vel a spiraminibus.
11. Idem : *Genium*, parsimoniam.
12. Idem : *Tollere*, occidere.
13. Idem : Dativus pro accusativo.
14. Idem : *Capere*, delectare.
15. Idem : *Conficere*, colligere.
16. Idem : *Colere*, diligere.
17. Idem : *Constat*, compositum est.
18. Idem : *Repedare*, pede iterare.
19. Idem : *Cordi est*, honeste dictum animo sedet.
20. Idem : *Niti*, fultum esse.
21. Idem : Accusativus pro dativo.
22. Idem : *Cognoscere* audire, æstimare. *Attendere*, intendere.
23. Idem : *Apisci*, adipisci.
24. Idem : *Viriatum* dictum est magnarum virium.
25. Idem : *Petere*, cupere, appetere.
26. Idem : *Induci*, delectari.
27. Idem : *Falliculum* Lucilius posuit pro corpore.
28. Idem : *Confectum*, defessum.
29. Idem : *Tangere*, inspicere.
30. Idem : *Munes* apud veteres dicebantur non a largitione, quæ ignota erat, sed consentientes ad ea, quæ amici velint.
31. Idem : *Idiotas* a Græco tractum *ἰδιότης*, inutiles, quasi sibi tantum, non plurimis utiles.
32. Idem : *Cogere*, in unum colligere.
33. Idem : *Efferre*, subdere.
34. Idem : *Efferre* significat proferre.
35. Idem : *Efferre*, edere, provehere.
36. Idem : *Bulga*.
37. Idem : Accusativus pro ablativo.
38. Idem de differentia temporis per accusativum & ablativum expressi.
39. Idem : *Capital* dictum est capitis periculum.
40. Idem : *Difflare* est flatu disturbare.
41. Idem : *Nundinus* mascul. gen.
42. Idem : *Glutino* pro glutine.
43. Idem : *Delirare* est de recto decedere. *fira* autem est fossa recta, quæ contra agros tuendos ducitur, in quam uligo terræ decurrat.

44. Idem : *Offendere* , invenire.  
 45. Idem : *Probatum & spectatum* vis majoris est.  
 46. Idem : *Siccum* , exercitum.  
 47. Idem : *Lautum* , nudum. *Capere* , accipere.  
 48. Idem : *Monstrificabile*.  
 49. Idem : Inter *cavere & vitare* Lucilius esse distantiam voluit , & plus esse *vitare*.  
 50. Idem : *Sumere* , suscipere.  
 51. Idem : *Referre* , perferre , indicare.  
 52. Idem : *Vesicum* nimis obscurum. A. Gellius lib. XVI, c. 5.  
 53. Nonius : *Mutare* , derelinquere.  
 54. Idem : *Proventum* etiam malarum rerum dici veteres voluerunt.  
 55. Idem : *Dare* , ostendere.  
 56. Idem : *Crepere* , sonare.  
 57. Idem : *Fulgurivit* , fulgorem fecit , & fulmine afflavit.  
 58. Idem : *Sævum* dicitur immitte.  
 59. Idem : *Præcipere* est jubere vel monere.  
 60. Idem : *Combibones* , compotores , a combibendo dicti.  
 61. Idem : *Impurus* est aliquo vitio maculatus.  
 62. Idem : *Proferari* , impetrari.  
 63. Idem : *Domuitionem*.  
 64. Idem : *Evadere* , exire , tendere.  
 65. Idem : *Deductum* , delectatione ductum.  
 66. Idem : *Exigere* est excludere.  
 67. Idem : *Portentæ* , ostenta , quæ aliquid imminere significant.  
 68. Idem : *Contemnificum*.  
 69. Idem : *Illuvies* , fordes.  
 70. Idem : *Cribrum*.  
 71. Idem : *Averruncare* , avertere.

## IN RELIQUIAS EX SAT. LIB. XXVII.

1. Nonius : *Propitios & placatos* homines dici vetustas voluit.  
 2. Idem : *Insigne* dicitur magnum & præstans.  
 3. Idem : *Portorium* dicitur merces , quæ portoribus datur.  
 4. Idem : *Fingere* , componere. *Impertire* , participare , & partem dare. *Sedulo* , sine dolo.  
 5. Idem : *Contenturum*. Idem : *Rumpere* , defatigare.  
 6. Idem : *Offendere* , lædere.  
 7. Idem : *Dejicere* dicitur mittere.

8. Idem: *Strabones* sunt, quos *strabos* nunc dicimus.
9. Idem: *Pedetentim* & *pedepressum* dictum est caute, quasi lenta & tarda itione.
10. Idem: *Chartum* generis masculini.
11. Idem: *Destinare*, emere.
12. Idem: *Arctum* pro aridum.
13. Idem: *Mediocritas* medium dici voluit.
14. Idem: *Proferre*, palam facere.
15. Idem: *Messum* generis masc.
16. Idem: *Captare*, capere.
17. Idem: *Ferre*, pati.
18. Idem: *Observare*, captare.
19. Idem: *Monogrammi*.
20. Idem: *Aditus*, interpellatio.
21. Idem: *Differre*, distare.
22. Idem: *Mordicus*.
23. Idem: *Inducere*, instituere, confirmare.
24. Idem: *Appellare* est familiariter respondere.
25. Idem: *Maltas* veteres molles appellari voluerunt, a Græco quasi *μαλακούς*.
26. Idem: *Adjutatur* pro adjutat.
27. Idem: *Collus* masc. gen. Idem: *Cermus* dicitur proprie inclinatus, quasi quod terram cernat.
28. Idem: *Rogare*, instituere.
29. Idem: *Commodare* est mutare.
30. Idem: *Præstare*, antecellere.
31. Idem: *Parcere*, fervare.
32. Idem: *Proprium*, perpetuum.
33. Idem: *Pernix* significat celer.
34. Idem: *Cedere*, excidere. *Verrere*, mundare.
35. Idem: *Redire* manifestam habet significationem.
36. Idem: *Constat*, valet, consistit.
37. Idem: *Excidere*, dissentire.
38. Idem: *Verrere*, ferire, percutere.
39. Idem: *Tempestat* est turbo ventorum.
40. Idem: *Mutuum* pro mutuo.
41. Idem: *Excludere*, liberare.
42. Idem: *Canicas* veteres furfures esse voluerunt.
43. Idem: *Capere*, decipere, circumvenire.
44. Idem: *Demissum*, humile, miserandum, abjectum.

45. Idem: *Petere*, sequi.
46. Idem: *Expedire*, utile esse.
47. Idem: *Cibicidas*.
48. Idem: *Volam* pro velim.
49. Idem: *Credere* est fidem habere dictis vel factis.
50. Idem: *Jactare*, ambitiosius gloriari.

## IN RELIQUIAS EX SAT. LIB. XXVIII.

1. Nonius, *Concedere*, dare, vel promittere, *Definitus*; mente alienatus. *Eligere*, defatigare.
2. Idem: *Terga*, dorso.
3. Idem: *Transmittere*, tradere, derelinquere.
4. Idem: *Deferre*, celatum prodere.
5. Idem: *Legere*, furripere. *Sumere*, accipere, tollere.
6. Idem: *Vatrax* & *vaticosus* pedibus vitiosis.
7. Idem: *Impertit*,
8. Idem: *Mutare*, transferre.
9. Idem: *Autumare* est dicere.
10. Idem: *Concedere*, credere, vel consentire.
11. Idem: *Cedere*, recedere.
12. Idem: *Armillum*.
13. Idem: *Dicere*, denuntiare.
14. Idem: *Honor*, sepultura.
15. Idem: *Exigere* significat agere.
16. Idem: *Summittere*, subdere, supponere.
17. Idem: *Exire*, evadere, liberari.
18. Idem: *Committre*, conjungere, sociare.
19. Idem: *Committre*, facere.
20. Idem: *Convenire*, interpellare. *Locare*, parare.
21. Idem: *Interficere*, consumere.
22. Idem: *Tristis*, doctus.
23. Idem: *Cedere*, frangere. *Urgere*, insistere.
24. Idem: *Argutum*, audax, malitiosum.
25. Idem: *Fingere*, parare.
26. Idem: *Balista*, faxa majora & graviora quibus ja-  
ciuntur.
27. Idem: *Redundare*, abundare, superesse.
28. Idem: *Da*, dic.
29. Idem: *Subire* significat ingredi.
30. Idem: *Conficere*, frangere.

31. Idem: *Irritare* dictum est proprie provocare. tractum  
 a canibus, qui, cum provocantur, irriunt.
32. Idem: *Hornum*, ipsius anni.
33. Idem: *Religiosi* dies infames dicuntur & infausti.
34. Idem: *Subsidiuum*, secundum, sequens.
35. Idem: *Credere*, fidei committere.
36. Idem: *Genitivus* casus positus pro accusativo.
37. Idem, *Sarcinator*, futor.
38. Idem: *Tollere* est elevare.
39. Idem; *Interpellare*, dicere, ducere.
40. Idem: *Senectam*, pro senectute.
41. Idem: *Ire* est ambulare.
42. Idem: *Aqua intercus* hydropum morbus, quasi aqua  
 inter cutem.
43. Idem: *Statura* gen. fem.
44. Idem: *Spurcum*, foetidum
45. Idem: *Fulmenta* feminino.
46. Idem: *Pretium* dicitur, quod re emta datur.
47. Idem: *Es*, pro esto.
48. Idem: *Pensum* significat exæquatum, quod sine in-  
 clinatione sunt, quæ penduntur.
49. Idem: *Inducere*, persuadere.

## IN RELIQUIAS EX SAT. LIB. XXIX.

1. Probus in Virgillii Eclog. VI.
2. Nonius: *Grave*, necessarium.
3. Idem: *Conjungere*, copulare, dictum est a jugo.
4. Idem; *Ignominia* est nominis nota.
5. Idem: *Consortio* feminin.
6. Idem; *Signare* est designare, ostendere.
7. Idem: *Discrimen*, separatio, a discernendo. *Signare*  
 discernere, separare.
8. Idem: *Indulgere*, augere.
9. Idem: *Interficere*, occidere.
10. Idem: *Advocasse*, provocasse.
11. Idem: *Attendere* est intendere.
12. Idem: *Stare*, erigi, prominere.
13. Idem: *Accipere*, decipere.
14. Idem: *Docere*, dicere.
15. Idem: *Collare*, est vinculi genus, quo collum adstringitur.

16. Idem: *Flagitium*, periculum.
17. Idem: *Producere* dicitur longius ducere.
18. Idem: *Mæstum*, triste, miserandum. *Remissum*, missum.
19. Idem: *Mæstus*, enectum fame. *Fovere*, nutrire, pro  
vehere.
20. Idem: *Explorare*, probare.
21. Idem: *Bellum*, elegans, melius, prudens.
22. Idem: *Recipere*, revocare.
23. Idem: *Schema*, neutro genere.
24. Idem: *Ejectum*, exclusum.
25. Idem: *Palpatur*, pro palpat. *Festus*: *Pedes* dicuntur  
quos diminutive dicimus pediculos.
26. Nonius: *Satias*, pro satietas.
27. Idem: *Pernicies*, periculum, exitium.
28. Idem: *Putare*, æstimare.
29. Idem: *Vel*, pro etiam.
30. Idem: *Æra*, numeri nota.
31. Idem: *Subducere*, supputare.
32. Idem: *Ducere*, volvere, pertractare.
33. Idem: *Vomica*, concava loca, vetustate exesa.
34. Idem: *Conducere*.
35. Idem: *Emungi*, manifesta significatione manat.
36. Idem: *Exterminatum* est extra terminos missum.
37. Idem: *Depilati*, dictum rarefacti.
38. Idem: *Distrahere* est vendere.
39. Idem: *Ferre*, afferre.
40. Idem: *Favitozem*, fautorem.
41. Idem: *Offerre*, afferre.
42. Idem: *Obducere*, aperire.
43. Idem: *Referre*, reddere.
44. Idem: *Nobilis* dicitur & notus.
45. Idem: *Offendere*, est percutere.
46. Idem: *Anceps*, duplex.
47. Idem: *Anceps*, acutum ex utraque parte.
48. Idem: *Carpere*, celeriter præterire.
49. Idem: *Reddere*, facere.
50. Idem: *Periculum* est salutis discrimen.
51. Idem: *Polypus*, generis feminini.
52. Idem: *Filum*, oris lineamentum.
53. Idem: *Detragere*, extrahere.



54. Idem : *Habere* , dirigere.  
 55. Idem : *Partiret* , pro partiretur.  
 56. Idem : *Aptus* significat adeptus.  
 57. Idem : *Sudum* dicitur , quasi femiudum , ut est , act  
 est pluvias serenus , & liquidus.  
 58. Idem : *Exui* , liberari.  
 59. Idem : *Urgere* est premere , cogere.  
 60. Idem : *Deletio*.  
 61. Idem : *Dejicere* , præcipitare.  
 62. Idem : *Habere* , tenere , occupare.  
 63. Idem : *Exordium* est initium.  
 64. Idem : *Obscœnum* , vitabile.  
 65. Idem : *Habere* , audire.  
 66. Idem : *Insultare* , injuriosius aliquid dicere.  
 67. Idem : *Signatam* integram virginem vetustas voluit  
 licere.  
 68. Idem : *Supplantare* dictum est , quasi pedem supponere.  
 69. Idem : *Nefantia* , pro nefanda.  
 70. Charif. lib. I. *Nemo* in homine proprium est , quia  
 significat , ne homo. antiqui & pro nullo posuerunt ; ideoque  
*nemo* dicentes , quasi minus significarent , & *homo* addebant.

## IN RELIQUIAS EX SAT. LIB. XXX.

1. Nonius : *Genuæ* , gulosi.  
 2. Idem : *Lassum* dicitur fatigatum.  
 3. Idem : *Deductum* , diminutum , suppressum.  
 4. Idem : *Spektare* , dirigere. *Ferre* , dirigere , ducere.  
 5. Idem : *Invitare* significat repleti.  
 6. Idem : *Pretium* , pro præmio. *Honor* , præmium.  
 7. Idem : *Subigere* , cogere.  
 8. Idem : *Efferre* , erigere , levare.  
 9. Idem : *Micare* , per vices sine ordine movere.  
 10. Idem : *Anima* iterum significat iracundum , vel fu-  
 riosum : unde & *animosi* dicuntur iracundi. *Subigere* ; mol-  
 liri , vel exercere.  
 11. Idem : *Apud* , ad.  
 12. Idem : *Improbum* , sævum. -  
 13. Idem : *Tætrum* dicitur illuviosum , foetidum.  
 14. Idem : *Mansum* , mandendum aut mansatum.  
 15. Idem : *Dicare* , indicare , nuntiare.

16. Idem : *Gerdius*.
17. Idem : *Longe*, etiam valde.
18. Idem : *Exsultare* est gestu, vel dictu injuriam facere.
19. Idem : *Sexcentum*, pro sexcentorum. *Imberbi*, pro imberbo.
20. Idem : *Ducentum*, pro ducentorum.
21. Idem : *Efferte*, extollere.
22. Idem : *Induci* est ab aliquibus fallaciis decipi.
23. Idem : *Tenta* dictum pro extensa.
24. Idem : *Exanclare* etiam significat perpeti.
25. Idem : *Præstat*, utile est.
26. Idem : *Sucerdæ*.
27. Idem : *Deblaterare* est obloqui, confingere.
28. Idem : *Haurire*, exhaurire, implere. *Gestire*, cupere.
29. Idem : *Ferre*, laudare.
30. Idem : *Incilare* est increpare, vel improbare.
31. Idem : *Jacet*, fordet, nec latus est.
32. Idem : *Nugator*, turbator.
33. Idem : *Experiri*, tentare.
34. Idem : *Sævum*, durum. *Triste*, crudele, immite.
35. Priscian. lib. VI. Nonius : *Neminis*, pro nullius.
36. Nonius : *Da*, dic.
37. Idem : *Speciem*, specimen, vel exemplar.
38. Idem : *Potus* a bibendo.
39. Idem : *Bonus* & fortis & pius dici potest.
40. Idem : *Sævum* dicitur immite. *Durus*, nocens.
41. Idem : *Hilum*, breve quoddam.
42. Idem : *Nenu*, pro non.
43. Idem : *Cedere*, consumere. *Pallore*, vetustatem, negligentiam.
44. Idem : *Caries* est vetustas.
45. Idem : *Ducere*, existimare, judicare.
46. Idem : *Cuja*, pro cujus. *Chuet*, nominatur.
47. Idem : *Simitu*, pro simul.
48. Idem : *Privum* est proprium uniuscujusque.
49. Idem : *Volutari* dicitur volvi.
50. Idem : *Servare*, sollicitè & suspiciose observare.
51. Idem : *Sumti*, pro sumtus.
52. Idem : *Manicæ*, quibus manus vinciuntur.
53. Idem : *Differre*, diffamare, divulgare.

54. Idem : *Differre*, dividere, vel scindere.  
 55. Idem : *Volutare*, cogitatione perquirere.  
 56. Idem : *Excudere*, excludere, dejicere.  
 57. Idem : *Invadere* est appetenter incipere.  
 58. Idem : *Locare*, constituere.  
 59. Idem : *Contentus* dicitur, cui res etiam parva abunde est.  
 60. Idem : *Producere*, foras ducere.  
 61. Idem : *Parcere* est veniam dare.  
 62. Idem : *Conducere*, convertere.  
 63. Idem : *Committere*, credere.  
 64. Idem : *Accipere*, audire.  
 65. Idem : *Meret*, pro meretur.  
 66. Idem : *Exlex* est, qui sine lege vivit.  
 67. Idem : *Operari* est Deos religiose, & cum summa  
 veneratione sacrificiis litare, & convivari.  
 68. Idem : *Macula*, turpitude.  
 69. Idem : *Maculosum*, fordidum, immundum.  
 70. Idem : *Lustrari* dicimus & scortari, a lustris.  
 71. Idem : *Dicare*, tradere.  
 72. Idem : *Delinitus*, delectatus.  
 73. Idem : *Nutricatur*, pro nutritur.  
 74. Idem : *Discerniculum*, acus, quæ capillos mulierum  
 ante frontem dividit, dictum a discernendo.  
 75. Idem : *Curatum*, cum delectu apparatus.  
 76. Idem : *Trepidare*, metuere.  
 77. Idem : *Nolito*, pro noli.  
 78. Idem : *Porrigo*, morbi genus.  
 79. Idem : *Rumpere*, defatigare.  
 80. Idem : *Delica* est aperi & explana.  
 81. Idem : *Mittere*, omittere.  
 82. Idem : *Sublatum* dicimus remotum.  
 83. Idem : *Mitis*, tranquillus & lenis.  
 84. Idem : *Invitare*, apertam habet significantiam.  
 85. Idem : *Fortis*, etiam dives. *Improbum*, turpe.  
 86. Idem : *Metiri* est transmeare.  
 87. Priscian. lib. IX. *Peroleffe* pro perolevisse.  
 88. Festus : *Tagax*, furunculus, a tangendo dictus. No-  
 nius, *Tangere* est circumvenire.  
 89. Servius lib. II. Georg. ad illud Virgilii : *Et quos aut  
 pecori malint submittere habendo.* Jun. Philarg.

## 286 NOTÆ IN LUCILII RELIQUIAS.

90. Nonius: *Involare* est irruere, insilire, aut a volatu, aut a vola, i. e. media manu, dictum.

91. Idem: *Concelebrare*, diffamare, divulgare, dictum a celebritate.

92. Idem: *Angina*, genus morbi, eo quod angat.

93. Idem: *Aptum*, rursus connexum & colligatum significat.

94. Idem: *Subducere* est furripere.

95. Idem: *Temnere*, contemnere.

96. Idem: *Præstringere* dictum est valde stringere, & claudere.

97. Idem: *Ruere*, irruere sine cautela. *Colligere*, auferre.

98. Idem: *Cedere* significat secundum consuetudinem abire superatum, & locum victori dare.

99. Idem: *Immittere*, dimittere ad prolixitatem.

100. Idem: *Comest* pro comedit.

### IN RELIQUIAS EX EPODIS HYMNIS.

Nonius: *Eugium*, media pars inter naturalia muliebria.

### IN RELIQUIAS EX SERRANO.

Nonius: *Fretus* masculini generis.

### IN RELIQUIAS EX NUMMULARIA COMŒDIA.

Fulgentius de prisco sermone: *Delenificus*, blandiloquus.

### IN RELIQUIARUM RELIQUIAS.

1. Varro de L. L. lib. IV.

2. Jul. Rufinianus de schemate dian. Exuthenifmos. figura hæc fit, cum rem aliquam extenuamus & contemptam facimus: ut apud Lucilium &c.

3. Commentarius in Juvenal. lib. IV, Sat. 10. ad illa: *Pone domi lauros, duc in Capitolia magnum Cretatumque bovem.*

4. Festus: *Thomices* Græco nomine appellantur canabi impositi & sparto leviter tortæ restes, ex quibus funes fiunt.

6. Varro de L. L. lib. VIII.

---

**I N D I C E S**

**I N**

**PERSIUM ET JUVENALEM**



# I N D E X

## I N P E R S I U M.

### A.

*Accius*, vel *Attius Labeo*, poeta Latinus, qui ineptissimam Iliados Homericæ versionem edidit, I, 4 & 50. alius *Accius Briseus*, qui Pacuvii ætate vixit. Forte autem *Briseis* legendum, eoque nomine is ipse liber Accii, quem poeta venosum, hoc est, deformem appellat, intelligendus, I. 76.

*Acervus*, pro syllogismo aceruali, quem Græce Soritem appellamus, VI. 80.

*Ægæum*, pro quovis mari, V. 142.

*Agaso*, fervus abjectissimæ conditionis, V. 76.

*Amomum*, frutex odoratus, III. 104. conf. *Ind. Juven.*

*Animæ pars*, pro amico suavi & conjunctissimo, V. 23.

*Antiopa*, tragœdia Pacuvii nimium dura, & proinde verrucosa appellata, de Antiopæ, Nyctei filia, & Lyci Thebanorum regis uxore, I. 78.

*Anticyra meraca*, pro elleboro puro & non mixto, quod ad cerebrum purgandum,

*Persius & Juvenalis,*

atque noxios humores educendos, olim adhibebant, IV. 16. conf. *Ind. Juven.* in *Anticyra.*

*Apenninus*, mons continuus, Italiam mediam dividens, I. 95.

*Appula canis*, æstu sitiens, & propterea linguam projiciens, I. 60. conf. *Sanna.*

*Aprici senes*, h. e. in sole hiberno circa meridiem apricantes, atque variis nugis tempus terentès, V. 179.

*Aqualiculus*, ima pars ventris inferioris, I. 57.

*Arare*, h. e. agros possidere, IV. 26.

*Arator peronatus*, h. e. peronibus, s. tibialibus laxis rusticorum indutus, V. 102.

*Arcadiæ pecuaria*, pro asinis, quibus Arcadia, regio Peloponnesi a mari remota, abundat, III. 9.

*Arcefilas*, vel *Arcefilaus*, Academix mediæ conditor, III. 79.

*Aretum*, vel *Aretium*, municipium Italicum, hodie Arezzo, I. 130.

*Arma virum*, verba prima *Æ.*

### T

# I N D E X

- neidos Virgilianæ, quæ ad-  
versario Persii *spumosa* &  
turgida videbantur, I. 96.
- Artocreas*, cibus pane & car-  
ne constans, vel epulum,  
quo panis cum carne ap-  
ponitur, VI. 50.
- Attin*, *Attis*, *Attes*, *Arys*,  
vel *Attys Bercynthus*, ado-  
lescens Phrygius, cujus a-  
more exarsit Cybele, in  
*Bercyntho*, monte quodam  
Phrygiæ, inprimis culta.  
Ridet autem Persius Nero-  
nem, qui his & sequenti-  
bus verbis in carmine usus  
est, I. 93. add. I. 105.
- Auricula*, fannæ genus, vid.  
*Sanna*.
- Auricula teneræ*, blandis tan-  
tummodo palpitationibus  
assuetæ, I. 108.
- Aurum ovatum*, donum manu-  
biale, ex spoliis & præda  
Diis consecratum, II. 55.

## B.

- Bacca concha*, vid. *Concha*.
- Balanatum gausape*, vid. *Gau-  
sape*.
- Baro*, vel *Varo*, contumeliæ  
verbum, in bardos stupi-  
dosque, V. 138.
- Bassaris*, sacerdos Bacchi,  
qui & ipse Bassareus dicitur,  
a vestibus bacchantium,  
quas Thraces olim  
Bassaras vocarunt, I. 101.
- Bassus*, *Cæsius*, poeta lyricus,  
& Persii amicus, VI. 1.
- Bathylus*, pantomimus æque  
bene saltans, ac fatirorum  
aliquis. conf. *Ind. Juven.* in  
*Bathyllus*, *Moveri ad nu-  
meros Bathylli*, dicitur, qui  
Italicam saltationem æque  
bene saltat, ac Bathyllus,  
V. 123.
- Baucis*, pro quavis anu pau-  
percula, IV. 21.
- Bercynthus*, vid. *Attin*.
- Bestius*, hereditati alienæ in-  
hians, VI. 37.
- Beta*, herbæ genus nullius  
pretii & saporis, ponitur  
pro quovis cibo vilissimo,  
III. 114.
- Bidental*, proprie sic dicitur  
locus sacro fulmine per-  
cussus, & bidente, h. e.  
ove, ab haruspicibus con-  
secratus. Hic autem notat  
hominem, cui mortuo tri-  
ste bidental factum est, lo-  
co consecrato, ac proinde  
non calcando, sed evitan-  
do, II. 27.
- Bombi*, sic apud Latinos fre-  
quentissime dicuntur tuba-  
rum & instrumentorum so-  
ni, I. 99.
- Bovilla*, oppidum in via Ap-  
pia, Romæ vicinum, VI.  
35.
- Braccati Medii*, vid. *Medi*.
- Briseus*, vid. *Accius*.
- Bruttia saxa*, pro scopulis ma-  
ris Bruttii, h. e. Calabrici,  
VI. 27.



## I N P E R S I U M.

*Brutus, L. Junius*, qui exactis regibus Romanis libertatis auctor fuit, V. 85.

*Bulla*, globus, quem pueri ingenui ex auro conflatum, libertini vero scorteum, de collo suspensum gestaverunt, usque dum virili toga sumta eum Diis laribus suspendere liceret, V. 31.

*Bullata nuga*, pro argumentis inanibus, & in modum bullæ inflatis, turgidisque, V. 19.

*Buxum torquere flagello*, lusionis genus, qua pueri turbinem e buxo, vel alia materia factum, loro vel funiculo circumagunt, III. 51.

### C.

*Caballinus fons*, pro Apanippe seu Hippocrene, Musarum fonte, quem Pegasus, alatus equus, sed a Persio caballus per contemptum dictus, pede exsculpsit, *Prolog.* 1.

*Cachinno*, homo in risum natura propensior, I. 12.

*Cæsar, Cæjus Caligula*, VI. 43.

*Cæsonia*, uxor Caligulæ, perditæ luxuriæ, ac lasciviæ, VI. 47.

*Calabrum vellus*, pro lana Tarentina, conchylio corrupto infecta, ut purpuræ colorem mentiretur, II. 65.

*Callirhoe*, scortum celebre, cujus nomine hic quævis voluptariorum studia & occupationes designantur, I. 134.

*Calvus*, convicium in stultum & improbum, I. 56.

*Camena*, vel *Camana*, nomen, quo omnes Musæ appellantur, V. 21:

*Canicula*, quæ & canis, nec non chius dicta, jactus erat, in talorum lusu, cum tali omnes surrexissent, & in pedes subsiliissent. Et quoniam hic jactus erat omnium infelicissimus, eâ canicula illato damno tantum *radebat*, quantum luxuri *dexter senio* conciliabat, III. 49.

*Canthus*, lamina ferrea, qua rotæ curvatura munitur ad compagem totam constringendam, V. 71.

*Cappadoces pingues*, pro mancipiis probe curatis, & in catasta positis, ut omnia membra illorum eo rectius inspicere possint, VI. 77.

*Caprificus*, ficus silvestris & sterilis, quæ parietes, quibus innascitur, & ipsa saxa obstantia rumpere a veteribus credita, I. 25.

*Caput indutum*, pro pileo, capitis tegumento, & impetratæ libertatis indicio, III. 106.

*Castoreum*, pharmaci genus;

# I N D E X

- e Castoris, animalis marini, testiculis, V. 135.
- Catasta*, vox Sicula, notans pegma ligneum, in quo veteres nudos collocabant venales servos suos, ut omnia membra ab emtoribus inspici possent, VI. 77.
- Centurionum gens hircosa*, pro iis, qui rei militaris gloriam affectantes non solum philosophiam spernunt, sed & omnem corporis cultum negligunt, III. 77.
- Centuriones varicosi*, V. 189.
- Centussis*, pro centum assibus, V. 191.
- Chærestatus*, adolescens in Menandri comœdia, quam Eunuchum appellavit, V. 162.
- Χαίπε*, salve, *prolog.* 8.
- Chiragra*, morbus, qui, si articulos manuum occupaverit, chiragra, sin pedes, podagra appellatur. *Lapidosâ* dicitur, quia tartarus articulos & ossa invadens est materia lapidosa, V. 58.
- Chlamys*, vestis militaris, ambiens posteriora fere tantum, itemque pectus & humeros, ad quos nodo, aut fibula colligabatur, VI. 46.
- Chrysis*, meretrix, V. 165.
- Chrysipus*, philosophus Stoicus, in dialectica clarissimus, qui multum, sed nequidquam, sudaverat, ut finitorem acervi, h. e. Soritis, inveniret. Innuvit autem poeta hac quasi proverbiali locutione, avarum itidem non magis posse finem invenire, aut modum imponere avaritiæ suæ, VI. 80.
- Cicer, ingerere*, h. e. missilia spargere, *populo*, in legendis leguminibus inter se rixanti, V. 177. sq.
- Ciconia*, fannæ genus, vid. *Sanna*.
- Cicuta*, IV. 2 V. 145. vid. *Ind. Juven.*
- Cinnamum*, pro quovis aromate, VI. 35.
- Cirrati*, pueri nobilium, annum ætatis septimum egressi, & ludimagistri dictata excipientes, I. 29.
- Citrei lecti*, opulentorum proprii, qui usque inde e Libya lignorum materiam petebant, & quorum nugæ in his lectis scriptæ vel dictatæ præter rem a pluribus laudari solitæ fuerunt, I. 52. 53.
- Cleanthea frugis*, pro doctrina ethica, qualem Stoici profitebantur. Cleanthes enim Zenonis in Stoa auditor, ac deinde successor fuit, V. 64.
- Coa lubrica*, vina ex insula Co Romam delata, mollentia, & alvum demulcentia, V. 135.

## I N P E R S I U M.

**Cœnare**, pro agere & repræsentare fabulam mercedis causa, utque cœna parari queat, V. 9.

**Compita**, ad illa jugum figebant finita agricolatione, IV, 28. *Compita ramosa*, pro bivio virtutis & vitii, tanquam duorum ramorum, quos Pythagoras littera Y exprimere solitus est, V. 35. conf. etiam *Ind. Juven. in Compita.*

**Concha bacca**, pro margarita seu unione, II. 66.

**Cornutus, Annaus**, Stoicus philosophus, Persii nostri præceptor, a Nerone ob liberiores vocem de carminibus ipsius exilio multatus, V. 23.

**Corvi poetæ**, h. e. mali, atque instar corvorum gesticantes, qui tamen carmina sua ipsimet non parum efferunt, *prolog.* 13.

**Corymbi**, vid. *Ind. Juven. in Corymbi.*

**Crassus, Marcus**, pro ditissimo quoque, II. 36.

**Craterus**, medicus, III. 65.

**Cratino afflatus**, qui virtutis amorem concepit e lectione fabularum Cratini, veteris poetæ comici, audacis plane atque liberrimi, I. 123.

**Crepidæ Grajorum**, pro omni cultu illo, cui studebant Græci, I. 127.

**Cretata ambitio**, quæ honorum avidos impellit, ut albis candidisque vestibus induti, suffragia rogando singulas circumeant, & presentibus, V. 177.

**Crispinus**, præfectus Prætorio, tempore Claudii Imp. V. 126.

**Cures**, oppidum Sabinorum opulentissimum, ex quo orti sunt T. Tadius, & Numma Pompilius, IV. 26.

**Cynicus**, pro quovis philosopho, I. 133.

### D

**Damas**, pro quovis vilissimo servo atque mancipio, V. 76. 79.

**Davus**, servus Chærestрати, V. 161. 168.

**Dei de puppe**, pro simulacris Deorum, in quorum tutela naves erant. Veteres enim in puppe sacrarium & quasi lararium quoddam habebant, VI. 30.

**Dexter senio**, vid. *Senio.*

**Dia poemata**, i. e. divina, seu divino afflatu edita, I. 31.

**Dictator, L. Quintius Cincinnatus**, qui operi rustico intentus, togamque ab uxore Racilia e tugurio prolatam indutus ad dictaturam populi Romani vocatus est, I. 74.

### T 3

# I N D E X

*Digitum exferere*, actio indifferens videtur, in quam neque boni, neque mali ratio cadit; verum ex doctrina Stoicorum nemo recte digitum exferere, vel aliud quid hujuscemodi sine peccato agere potest, nisi sapiens, V. 119.

*Dinomaches*, scilicet filius, Alcibiades erat, IV. 20.

*Discite o miseri, & causas cognoscite rerum, quid sumus &c.* III. 66. seq.

## E.

*Echo reparabilis*, repercussio soni & vocis, qualis in montium flexu, & concavis convallium fieri consuevit, I. 102.

*Ennius, Quintus*, primus & vetustissimus Romanorum poeta, qui se Mæonidem, hoc est, Homerum, esse somniavit, post vero destituit, h. e. somniare desinit, & rursus factus est Quintus Ennius, VI. 10.

*Ergennas*, nomen proprium haruspis Etrusci, II. 26.

*Esseda*, vehicula Gallica & Britannica, VI. 47.

*Euge, belle*, formulæ acclamantium auditorum in recitationibus, vel potius adulantium assentatorum, I. 49.

*Evion*, vel *Evius*, Bacchus dicitur, quasi bonus Jovis

filii; vel quod Bacchæ acclamare solitæ fuerunt *εὐοῖ, εὐοῖ*, evohe Bacche pater, I. 102.

*Eupolis*, veteris comædiæ scriptor ante Aristophanem, I. 124.

*Exferere digitum*, vid. *Digitus*.

## F.

*Falernum*, vinum ex agro Falerno in Campania, III. 3.

*Fibra arcana*, pro intimis cordis recessibus, V. 29. *fibra cornea*, pro corde præduro, quod nullo humano sensu aut affectu tangitur, I. 47.

*Fidelia*, vas fictile, quod digito percussum sono suo statim prodit vitium, III. 22. 73. V. 183.

*Filix*, proprie herba, arvis inimica, ponitur pro virilitatis signo, IV. 14.

*Flaccus, Q. Horatius*, poeta præstantissimus, I. 116.

*Floralia*, ludi in honorem Floræ initio mensis Maji summa petulantia celebrati, V. 178.

*Fœnisecæ*, proprie sunt rustici, fœnum secantes, h. l. autem designant veteres Romanos, agriculturæ studiosos, & omnis eruditionis expertes, VI. 40.

*Fœnoris merces*, augmentum rei familiaris, ex fœnore paratum & acquisitum, VI. 67.

## I N P E R S I U M.

*Fores uda*, quas juvenes amore infanientes unguento, vel mero perfundunt, V. 165. sq.

*Fossor*, pro imperito, & parum sapiente, V. 122.

*Fratres aheni*, pro simulacris æneis quinquaginta filiorum Ægypti, in porticu Apollinis Palatini, qui incubantibus somnia salutaria immittere credebantur. & pro beneficio illo cum barbam auream, tum alia donaria accipiebant, II. 56.

*Frons*, pro pudore, V. 104.

### G.

*Galli*, sacerdotes Cybeles, ita dicti a Gallo, Phrygiæ flumine, cujus aquam qui bibissent, infani reddebantur, V. 186.

*Gausape*, proprie est vestis, seu stragulum crassum & villosum; hic autem pro coma capitis ponitur. *Balanatum* notat oleo balanino, vel alio quocunque inunctum, IV. 37. *Gausapa lucea*, pro vestibus Gallorum militaribus sordidis, & cœno oppletis, VI. 46.

*Gemini*, iisdem parentibus & eodem tempore sati, VI. 18. pro fidere cœlesti, nisi forte semet ipsum, & Cor-

vinum Persius intelligat, V. 49.

*Genius*, dæmon, cujus auspiciis Caligula rem tam egregie & feliciter gessit, VI. 48. *genius varus*, h. & diversus ac dissimilis, VI. 18. *genio merum fundere*, h. e. placare illum, ac paulo lautius hilariusque vivere, II. 3. *genio indulgere*, h. e. animo obtemperare suo, V. 151.

*Genivinus*, scil. dens, h. e. omnium firmissimus. Eum Lucilius in mordendis improbis fregit, I. 115.

*Germana pubes*, pro Germanis, vel exercitu Germanico, VI. 44.

*Gluttus*, pars colli, qua cibi transmittuntur: *glutto* autem *sorbere* dicitur, qui avide gluttit, V. 112.

*Glycon*, poeta tragicus ineptus, V. 9.

*Græci*, pro philosophis; V. 191.

*Græci doctores*, philosophi Græci, VI. 38.

*Gurgulio*, proprie est fistula colli, per quam spiritus commeat, hic eam partem designat, qua sexus discernitur, IV. 38.

### H.

*Hedera*, qua poetæ coronantur, *sequax* dicitur, quia id, quod semel prehen-

# I N D E X

- dit, serpendo constanter  
persequitur, *prolog.* 6.
- Helicon*, mons Bœotix, Apollini & Musis facer, V. 7.
- Heliconiades*, Musæ, in Helicone habitantes, *prolog.* 4.
- Hemina*, proprie dimidium sextarii, hoc loco pro quovis mensuræ genere, ad Ædilis curam attinente, I. 130.
- Herodis dies*, quos Judæi, qui Herodi parent, aut parere, observant; vel speciatim, quos Herodiani (sectæ Judaicæ genus, & Herodem pro Christo colens) in memoriam suscepti ab illo regni magna solemnitate celebrabant, V. 180.
- Hora*, pro horoscopo, V. 48.
- Horoscopus*, pro constitutione cœli ac siderum, qua quis concipitur, vel in lucem editur, VI. 18.
- Hyacinthina lana*, vestis tricliniaris mollior, colore Hyacintho non absimilis & fubrubra, I. 32.
- Hypsipyle*, Thoantis filia, & Lemni regina, quæ, cum reliquæ omnes mulieres viros suos occidissent, sola servavit patrem; ponitur pro tragœdia de Hypsipyle, I. 34.

## I.

- Janus*, vid. *Ind. Juvenal.*
- Ilias Acci*, vid. *Accius.*
- Ingenium & rerum prudentia non ante pilos*, IV. 4. 5.
- Italæ merces*, h. e. indigenæ & exportandæ, V. 54.
- Italus honor*, pro munere in aliquo Italiæ municipio, I. 129.
- Ionium*, scil. mare, quod est inter Italiam Græciamque, VI. 29.
- Junix*, juvencula, quæ nondum peperit, II. 47.
- Juppiter*, II. 18. 21. 22. 23. 29. 40. 43. V. 137. 139. pro sidere in cœlo. V. 50.

## L.

- Labeo*, vid. *Accius.*
- Lallare*, proprie est, infantem, nœniam canendo, demulcere, III. 18.
- Lambere*, h. e. undique cingere, *prol.* 5.
- Lampada poscere*. Tria apud Græcos certaminum genera fuerunt, in quibus moris erat accensis tædis stadium decurrere, nempe in Prometheis, Panathenæicis, & Hephæstiæis. Locus erat Ceramicus Atheniensium; certamen in eo consistebat, ut accensæ faces in cursu conservarentur. Si cujus autem fax extincta esset, ille peracto cursu

## I N P E R S I U M.

- Iampada** tradebat succesfori, VI. 61.
- Lares**, genii seu Dii domestici, *succitli* appellantur, quia habitu peregrinantium pelibus amicti erant, V. 31. conf. *Bulla*.
- Laurus**, pro epistola laureata, h. e. lauro signata & obvoluta, quales nuntii militares afferebant, quando victorias, expugnationes urbium, provincias in potestatem redactas, & alia prospera nuntiabant, VI. 43.
- Lemures**, defunctorum umbræ, quas apparere viventibus, iisque molestas esse superstitio credit, V. 185.
- Libra**, signum cœleste, cui in primis tribuebant astrologi, quod homines inter se jungat, sub ipso natos, V. 47.
- Licinus** vel *Licinius*, *Stolo*, homo ditissimus, & ob nimias agrorum possessiones damnatus, II. 36.
- Ligus ora**, pro Ligustica. Liguria autem est Italiae regio, Galliae ad mare inferum proxima, VI. 6.
- Lingua**, fannæ genus, I. 60. vid. *Sanna*.
- Lippus**, cujus oculi fluunt, vel lacrimantur, V. 77.
- Luciferi rudem esse**, h. e. astrorum cognitione nulla tinctum esse, quæ peritia tamen navis gubernatori necessaria, V. 103.
- Lucilius**, poeta satiricus, neque Diis parcens, neque hominibus, I. 114.
- Lunai portus**, primum Etruriae oppidum, qua de re Persius id ipsis Liguriae finibus adscribit, VI. 9.
- Lupus**, pro quovis improbo, potissimum vero primoribus luxuria perditis, I. 115.

### M.

- Macrinus**, *Plotius*, homo eruditus, atque, ut videtur, Persii apud Servilium Numanum condiscipulus, II. 1.
- Mæna**, piscis vilior, III. 76.
- Mænas**, mulier bacchans, I. 101. 105. vid. *Ind. Juven.* in *Mærades*.
- Mæonides**, Homerus, poetarum Græcorum præcipuus, VI. 11.
- Magister barbatus**, Socrates, philosophus Græcorum sapientissimus, IV. 2.
- Magnus pater Divum**, Jupiter, III. 35.
- Manius**, qui agrum Nemo-rensensem Dianæ Aricinæ consecravit, ponitur pro quovis Aricino, VI. 56. 60.
- Marcus Damas**. Damas est nomen vilioris servi. Moris autem erat, manu missis prænomena imponere. hinc Damas ille, cum primùm alapa a domino percussus & in turbinem seu gyrum

# I N D E X

- circumactus liber esse jubebatur, Marcus compellari voluit, V. 79. sqq.
- Marsus*, vid. *Ind. Juven.*
- Masurius*, Sabinus, Ictus, Tiberio imperante doctissimus, V. 90.
- Medi braccati*, Persæ & Medii, qui depicti sunt in stoa. Persæ enim ut origine Scythæ erant, ita etiam braccis utebantur, tempore Xerxis, III. 53.
- Melicerta*, Inus & Athamantis regis Thebanorum filius, qui furorem patris fugiens una cum matre se in mare præcipitem dedit, & Palæmon factus est, V. 103.
- Mephiis*, proprie est terræ putor ex aquis sulphuratis nascens, III. 99.
- Mercurius*, Deorum nuntius & interpres, qui inter alia rebus augendis & lucro præerat, ideoque dextra marsupium tenens pingebatur, II. 44. VI. 62.
- Mercurialis saliva*, pro cupiditate devorandi lucri, vel potius pro ipso lucro, V. 112.
- Messalla propago*, pro quovis nobili & divite, majoribus suis indigno, II. 72.
- Midas*, Phrygiæ rex ditissimus pariterque stultissimus, cujus aures Apollo in asinas convertit. Hac fabula Neronem & Neronianos pungebat Persius, qui Musarum sacra turpiter inquinantes non injuria cum asinis comparantur, I. 121.
- Mimalloneus*, h. e. Bacchicus. Mimallones & Mimallones enim dicebantur Bacchæ, a Mimante, monte Joniæ, Baccho sacro, I. 99.
- Mutius*, pro quovis Romano spectatori, I. 115.
- Mycenæ*, urbs Peloponnesi, V. 17.

## N.

- Natta*, ita olim vocabantur fullones, & alii, qui sordidas artes exercebant; deinde transfertur ad animum, atque hominem dissolutum & prodigum notat, III. 31.
- Natura continet hoc fas, ut teneat vetitos inscitia debilis actus*, V. 98. 99.
- Nemo in sese tentat descendere, nemo. Sed præcedenti spectatur mantica tergo*, IV. 23 sq.
- Nereus*, Oceani & Thetyos filius, Deus marinus, pro ipso mari, I. 94.
- Nerius*, avarus, II. 14.
- Nonaria*, pro meretrice, ab hora nona sic appellari solita, quoniam hac hora aditus ad lupanaria patebat, I. 133.



## I N P E R S I U M.

*Nuga bullata*, vid. *Bullata nuga*.

*Numæ vasa*, h. e. fictilia, cujusmodi illa erant, quibus Numa olim, primus cærimoniarum auctor apud Romanos, usus est, vel utenda esse ostendit, II. 59.

*Nummus utilis (quid) habet*, III. 70.

### O.

*O curas hominum! o quantum est in rebus inane*, I. 1.

*Obba sessilis*, poculum, vel aliud vas vinarium, latioris fundi, quo veluti sedere videtur, V. 148.

*Obstipum caput*, cujus cervix rigida est, quo gestu fere incedunt superbi homines, vel qui defixi sunt in aliqujus rei contemplatione, III. 80.

*Ocimum*, herba, quam Græci βασιλισιον appellant. *Verna ocima cantare*, est, opprobria ingerere servulo, IV. 22.

*Œnophorum*, vas vinarium, V. 140.

*Oletum*, pro stercore humano, I. 112.

*Olivo tangere oculos*. Si de interiori oculi tactu accipiamus, nocet illud oculis. Ait autem, se hoc fecisse, ut tædiosum discendi laborem subterfugeret, III.

44.

*Orca*, pro turricula, per quam in alexæ ludo tesserae, vel tali mittebantur, III. 50. pro cado falsamentario, III. 76.

*Orestes*, Agamemnonis & Clytæmnestræ filius, qui ut patris cædem a matre perpetrata ulcisceretur, ipsam una cum adultero Ægisto interfecit, III. 118.

*Offa inodora*, quibus peracta cadaveris crematione, tanquam reliquiis, urna colligendis, nihil aromatis aut unguenti additur, VI. 35.

*Ovum ruptum*, res periculi plena. Veteres enim, si quando imminetia fata compèrere gestiebant, astrologos, vates & sacerdotes adibant, qui inter alia ex ovo, ad ignem admoto, divinantes periculum ei denuntiabant, cujus ovum ruptum effluerat, VI. 185.

### P.

*Pausivus*, poeta tragicus, Brundusinus, I. 77.

*Palæstrita*, qui in palæstra non solum exercebant, sed etiam ungebant, atque, ut videtur, depilabant athletas, IV. 39.

*Palilia*, vel *Parilia*, festum Dei, vel Deæ Palis a. d. XI. Kal. Maji celebratum pro felici proventu pabuli, & incolumitate pecoris, in

# I N D E X

- quo rustici congeſtis cum  
fœno ſtipulis ignem ma-  
gnum tranſiliebant, his Pa-  
lilibus ſe expiari credentes,  
I. 72.
- Palpo*, pro adulatore, qui  
blande tangit ac demulcet,  
V. 176.
- Pannucea*, vel *Pannucia Bau-  
eis*, anus pannis nullius  
pretii obſita, IV. 21.
- Papa!* vocula admirantis  
cum irriſione, V. 79.
- Pappare minutum poſcere*, h.  
e. infantium tenellorum  
mores imitari. Pappare e-  
nim proprie eſt, cibos mi-  
nutos comedere, cujuſmo-  
di nutrices infantibus præ-  
bent, III. 17.
- Paria centum inducere*, h. e.  
200 gladiatores in thea-  
trum & arenam muneris  
loco inducere, VI. 48.
- Parnaffus biceps*, mons Pho-  
cidis, duplici inſtructus ju-  
go, quorum alterum He-  
licon appellatum Apollini,  
alterum vero Cytheron di-  
ctum Baccho ſacrum erat,  
*prolog.* 2.
- Pars animæ*, vid. *Animæ pars*.
- Parthus*, Parthia, regione Af-  
fyriaca oriundus, telum ab  
inguine, ſecus atque alii  
fueverunt populi, jaculari  
doctus, V. 4.
- Pater Divûm*, vid. *Magnus pa-  
ter Divûm*.
- Pavo Pythagoræus*, Q. En-  
nius fuit, priuſquam En-  
nius fieret, pempe per  
tranſmigrationem illam a-  
nimarum, quam Pythago-  
ras docuit, VI. 11.
- Pedius, Blaſus*, qui Nerone  
imperante a Cyrenenſibus  
repetundarum poſtulatùs,  
& ſenatu motus eſt; poni-  
tur pro malo oratore &  
cauſarum patrono, I. 85.
- Pegaſeium melos*, carmen ad  
Pegaſi fontem elaboratum,  
*prolog.* 14. conf. *Caballinus  
fons*.
- Pericles*, orator Athenienſis,  
ob eloquentiæ præſtantiam  
Olympiuſ dictus, & tutor  
Alcibiadis, IV. 3.
- Peronatus arator*, vid. *Arator*.
- Phalera*, ornamenta equitum  
nobilium, & ipſorum equo-  
rum, ponuntur pro qui-  
buſvis bonis externis, cum  
corporis, tum iis, quæ For-  
tunæ vocant, III. 30.
- Pica poetriæ*, quæ locum in  
poetriis quærent, etiamſi  
meræ ſint picæ, *prolog.* 14.  
conf. *Corvi*.
- Pileum*, tegmen capitis, quod  
erat inſigne manumiffio-  
nis, & obtentæ libertatis,  
V. 82.
- Pirene*, fons in Acrocorintho  
Muſis facer, ortus e lacri-  
mis Pirenæ, Acheloi filiæ,  
cujus filium Cenchriam  
Diana imprudens interem-  
it; quæ etiam fortalliſ  
ratio eſt, quod eam *pal-  
lidam* appellet.

## I N P E R S I U M.

**Plasma**, sbrbitiuncula, qua recitatores fauces colluebant ad fingendam & reficiendam, si qua rauescere cœpisset, vocem, I. 17.

**Polydamas**, Panthoi filius, Trojanus fortitudinis prudentiæque laudibus insignis, I. 4.

**Pontus**, pro quovis mari, V. 134.

**Porticus**, Ycil. Stoica, alias etiam Pœcile appellata, III. 54.

**Procræ**, vid. *Ind. Juvenal.*

**Pulchrum est digito monstrari & dicier, hic est**, I. 28.

**Pulfennius**, vid. *Vulpennius.*

**Pulmentoria uncta**, pro cibis lautis & ferculis delicatis; III. 102.

**Pulpa**, carnosum in fructibus & animalibus, hic pro toto corpore accipitur, mollitie ac luxu diffuente; *scelerata* vocatur, quia voluptarii per varia scelerata carni gratificantur suæ, II. 63.

**Puppa**, vel *Pupa*, h. e. imaguncula, quæ a virginibus pubertatem consecutis, aut nupturis, Veneri consecrabantur, ut ab ephebis bullæ, II. 70.

**Puteal**, locus Romæ, ubi fœneratores conveniebant. *Puteal multa vibice flagellare*, est iniquissimo fœnore divitias corradere, & obæra-

tos debitores crudeliter vexare, IV. 49.

*Pythagoræus pavo*, vid. *Pavo.*

### Q.

**Quintius**, vid. *Dictator.*

**Quirites hesterni**, h. e. heri demum libertate donati, & Quiritibus, seu civibus Romanis adscripti. *Quiritem una vertigo facit*, V. 76. conf. *Marcus Damas.*

### R.

**Remus**, frater Romuli, I. 73.

**Respue**, quod non es, IV. 51.

**Rhenus**, pro Germanis, Rheni accolis, VI. 47.

**Rhombus**, piscis genus, Romæ in deliciis habitus, VI. 23.

**Roma turbida**, non bene composita, sed præceps, ubi haud fere aliter vivebatur, quam in turba, qua alii alios trudent, impelluntque, I. 5 & 8.

**Romulidæ saturi**, Romani vino madidi, & minime similes Romuli regis sui, in paucis admodum sobrii, I. 31.

**Romulus**, pro quovis Romano a virtute majorum degenerante, & effeminato, I. 87.

**Rubellum**, vid. *Vejentanum rubellum.*

# I N D E X

*Rubrica*, terra subrubens, qua fabri lignarii amussim illinunt, ut ea ad lignum appulsa, linea recta designetur, ipsique adeo cernant, quid amputandum, & quonam pacto opus sit dirigendum. Itaque poeta periphrasi sua aliud nihil significare voluit, quam optimum carminis versuumque artificem, I. 66.

*Rubrica Masuri*. Solebant veteres principia & titulos legum rubrica & minio, vel cera miniata notare, unde rubricæ sæpenumero pro ipsis legibus, V. 90.

*Runcare*, proprie est herbas inutiles ex agro evellere, IV. 36.

## S.

*Sabbata recutita*, h. e. Judaica. *Sabbata pallere*, est diei tristitiam operis cessatione & neglectu cultus insignire, V. 184.

*Sabinus focus*, pro agro in Sabinis, VI. 1.

*Saliva Mercurialis*, vid. *Mercurialis saliva*.

*Sambuca*, instrumentum musicum. *Eam caloni aptare* est, munus committere inepto, quique ejus tractandi rudis est, V. 95.

*Samii rami*, h. e. qui ex litera Y, tanquam ex arbore diffunduntur, quorum

altero Pythagoras Samius virtutis tramitem, altero autem vitii viam significavit, III. 56.

*Sanna*, irrisio, gestu quodam mimico expressa, I. 62. Inter varia ejus genera hæc tria fere principem obtinent locum. Primus modus dictus est *Ciconia*, cum indice digito in eum directo, quem ridebant, crebra ejusdem curvati motitatione ciconiam rostro pincentem imitabantur. Secundus est *Auricula*, cum manus & digiti capiti alterius applicati movebantur instar asinarum aurium. Tertius est *Lingua*, cum lingua, quoad fieri potest, ore exsertabatur ad contumeliam alicujus, I. 58. seqq.

*Saperda*, piscis non pessimi faporis, qui in Mæotide optimus capiebatur, V. 134.

*Sardonyche*, L. 16. conf. *Ind. Juvenal.*

*Sartago loquendi*, mixtura probatarum & damnatarum dictionum in oratione, I. 80.

*Saturnia æra*, pro ære antiquo, vel ipsomet ærario, quod erat in æde Saturni. Ea *impellere* est loco dejicere. II. 59.

*Saturnus gravis*, sidus triste & maleficum *frangitur*, h. e. temperatur *Jove* propi-

## I N P E R S I U M.

- \* *tlp*, vel radiationibus Jo-  
vis, V. 50.
- Scire tuum nihil est, nisi te sci-  
re hoc, sciat alter*, I. 27.
- Scomber* vel *Scombrus*, piscis  
marini genus, pro falsa-  
mentariis, I. 43.
- Scrobs*, fossa vel puteus. *Cum  
scrobs* dicitur pro in scrobe,  
I. 119.
- Semipaganus*, quasi inchoa-  
tus poeta, & nondum per-  
fectus, *prol.* 6.
- Senes aprici*, vid. *Aprici senes*.
- Senex praegrandis*, h. e. Ari-  
stophanes, senex dictus,  
ob increpandi partes in  
fabulis susceptas, quod  
alias senum est, I. 124.
- Senio dexter*, jactus felix in  
talorum atque tesserarum  
lusu, III. 48. conf. *Canicula*.
- Sepia lympha*, pro atramen-  
to librario. *Sepia* proprie  
est piscis genus, ex cujus  
atro sanguine Afri atramen-  
tum sibi parare consueve-  
runt, III. 13.
- Seria argenti*, vas argento  
vel pecunia plenum, & in  
terra defossum, II. 11.
- Seriola*, vasculum; ejus li-  
mum *deradere* est, eam pice  
relinere, IV. 29.
- Siculi ara-juvenci*, pro tauro  
aeneo Phalaridis, Agrigen-  
tinorum tyranni, quo ho-  
mines vivi subjecto igne  
sic exurebantur, ut pro e-
- julatu humano mugitum  
instar bovis ederent mo-  
rientes. III. 39.
- Sistrum*, crepitaculum aeneum,  
quod in sacris Isidis manu  
tenebant & quatiebant sa-  
cerdotes illius, V. 186.
- Socraticus sinus*, pro institu-  
tione in philosophia mo-  
rali, cujus praecipuus au-  
ctor Socrates, V. 37.
- Sol recens*, h. e. oriens. *Sub  
illo merces mutare*, idem est,  
ae in regionibus ad orien-  
tem sitis mercaturam fa-  
cere, V. 54.
- Solones arumnosi*, pro philo-  
sophis ob indefessa studia  
atque vigilias, quibus sa-  
pientia paratur, multum æ-  
rumnae perpeffis. Solon e-  
nim Atheniensis, unus erat  
e septem Graeciae sapien-  
tibus, III. 79.
- Splen petulans*, pro singulari  
proclivitate ad aliorum vi-  
tia irridenda. *Splen* enim  
sedes esse risus quondam  
credebatur, I. 12.
- Stajus*, judicum omnium  
turpissimus, II. 19.
- Scloppus*, vel *Siloppus*, soni-  
tus e buccis inflatis erum-  
pens, V. 13.
- Suburra*, V. 32. vid. *Ind. Juve-  
nal.*
- Sulphur*, pro fulmine, sul-  
phur redolente, II. 25.
- Surrentina*, scil. vina, ex Sur-  
rento, Campaniae oppido,  
III. 93.

# I N D E X

-T.

- Tadius**, pro omni eo, qui aliquid testamento legavit, VI. 66.
- Tecum habita; noris, quam sit tibi curta supellex**, IV. 52.
- Theta nigrum vitio præfigere**, h. e. vitiosos noxiosque homines discernere, & suffragio condemnare. ⊕ Græcorum litera damnationis erat, qua *θαυροῦν*, h. e. mori præcipiebant. Idem vero Græci etiam in latereculo militum eorum, qui perierant, nominibus ⊕ præfigebant, eoque illa expungebant, IV. 13.
- Thuscum fictile**, e Thuscia allatum, ubi optima fictilia condebantur, II. 70. **Thuscum stemma**, quo fere nobilissimi Romanorum gloriabantur, III. 28.
- Thyestes**, vid. *Ind. Juvenal.*
- Thynnus**, vel *Thunnus*, piscis marinus, V. 183.
- Tiberinus gurgis**, pro Tiberi flumine, Romam alluente, II. 15.
- Tigi**, pro quibusvis nobilibus Romanis, I. 20.
- Toga verba**, communi usu recepta, neque ex ultima antiquitate petita, V. 14.
- Trabeatus**, h. e. trabea indutus, quo vestimenti genere reges, augures, & equites utebantur, quodque nomen suum a purpureis cla-

- vis, seu trabibus intextis habebat, III. 29.
- Trabes vel Trabs rupta**, pro navi fracta, VI. 27.
- Triemal**, poculum trientis capax, III. 100.
- Troiades**, mulieres Trojanæ, I. 4.
- Trossulus lavis**, nitidus & mollis, qui hoc agit maxime, ut cultu atque toto vitæ genere præstet ceteris, I. 82.
- Tucetum**, edulium ex pecudum extis vel carnibus minutim concisis paratum, II. 42.
- Turdarum salivam nosse**, h. e. gustu & sapore ipso dignoscere, num turdus sit cellarius, an terrarius, masculus, an femina, quod non nisi extreme delicatorum est, VI. 24.
- Tuscum**, vid. *Thuscum*.

V.

- Vappa**, vinum vitiosum & acescens, pro homine infulso, fatuoque, V. 77.
- Varo**, vid. *Baro*.
- Vates centum sibi voces, ora, & linguas in carmina possunt**, V. 1. 2.
- Vestidius, Sabinus**, locupletissimus, sed & avaritia fordidus, IV. 25.
- Vejentanum rubellum**, h. e. vinum rubrum, Vejis in oppido Etruriæ natum, quod

## I N P E R S I U M.

